


Rupes aceto, pertinaces
Et macerat scrupulos viarum. - - - - Auct.

13. Uroda Cudzego zniewoli.

Vultus adest precibus, facies formosa perorat. Lucan.
Quis tibi vesani veniam non donet amoris,
Antoni: durum cum Caesaris hauserit ignis pectus. Idem.
Iliacis domibus facie Spartana nocendi - - Ovid.
O facies oculis insidiosa meis! - - - - Idem

14. Urodziwy. urodziwa.

Forma nisi in veras non cadit ista Deas - Ovid.
Forma est impenso naturae adjuta favore - - Silen.
Sic roseis stat forma genis, sic frontis honore,
Fulget apex, tales accendunt lumina flammas. Claud.
Candidior folio nivei Galatea ligustri;
Floridior prato, longa procerior alno;
Splendidior vitro, platano conspectior alta,
Lucidior glacie, riguo formosior horto,
Non haec labra rosae, non colla pruinae,
Non crines aequant violae, non lumina flammae. Virg.
Nec tibi par usquam Phrygiae, nec solis ab ortu,
Inter formosas altera nomen habet. - - - Ovid.

15. Uskrobał. v. Nóżka Pan. v. Zbierać się.

Fugit insanae similis procellae,
Ocyor nubes glomerante Coro. - - - - Senec.
Haud ulli visus durant aequare volantem. Silen.
Iamque pedem referens, casus evaserat omnes. Virg.

16. Ustąpić lepiey. v. Ostrożnie. v. nie moja rzecz.

Quando valentior
Te pressit hostis, tunc recede,
Tunc humilem juvat esse fastum. - - - Auct.

Quis navigant

Quis navigaret, dum furit Aeolus
Dissimilatis littoribus maris?
Tunc vela prudens alligata
Euboicis tenet in procellis. — — — — Idem

17. U tego tańca dwa końce. v. Jeszcze to nie amen.

Needum debueras certos cecinisse triumphos:
Fallimur inceptis; exitus acta probat. — — Aud.
Vix ominatis principiis crepas,
Jamque intonasti classica, jam tubae
Strepunt, sed audi, finientur
Auspiciis quibus inchoata? — — — — Idem.

18. Utonąć przy brzegu.

Nec procul à metis, quas penè tenere videbar,
Curriculo gravior est facta ruina meo. — — Ovid.
Jam jam propinquum contigeram scopum,
Temone libans, dissiliit gradus
Sed jam ultimo fractus, rotisque
Curriculus cecidit supinis. — — — — Aud.
Carina victrix, tunc rabientibus
Major procellis, nescia carbasis
Cedi secundis, lacrymoso
Naufragio propè mersa portum. — — — Idem.

19. Utrapiony człowiek. v. Ile włosów &c.

Nunc & amara dies, & noctis amarior umbra,
Omnia nam tristi tempora felle madent. Tibull.
Et magnas lacerant mea pectora curas,
Et vigiles acuunt suspiria tristia mentes. Stat.
Nunquam in pace sopor, sed turbida noctis imago
Terrificat — — Funere pejor — — Stat.
Mens aegra, atque altè divulso in pectore curae — Barcl.

Utrapionemu



20 Utrapionemu nie przydaway utrapienia.

Quicunq; es, rescindere vulnera noli;
Deq; gravi duras vulnere tolle manus. — — Ovid.
Membra reformidans molle quoq; saucia tactum. Idem.
Fortunæ telis confixus iniquis;
Pectore non sentit nil, nisi triste suo. — — Idem.
Perempta crudis corda doloribus
Quis sauciabit? Sit nisi sævior
  Dracone sævo, vel coæquet
  Armenias feritate tigres. — — — — Auct.
Inusitatæ norma tyrannidis,
Secare plagas vulneribus novis:
  Busiris istud vix pataret,
  Vix opifex Pharij juvenci. — — — — Idem.

W. W. W.

1 W cichości bez gości, w komorze w pokorze

Melius tegit Privata virtus & popularia
Nunquam volaturum per ora
Celat iners sine laude tectum. — — — — Sarb.
Fastigiatis hospes in ædibus
Fulgere noli; cespite tutius
  Pauper modesto considebis,
  Viminea bene tectus æde. — — — — Auct.
Effulta celsis sub penetralibus
Superbiorum gloria nominum:
  Stet tecto eburneo ampla inquilina;
  Arbutei mihi sint Penates. — — — Idem
Tumultuosis se bene ædibus
Subducta virtus segregat atrij;
  Ut sic latentem, nec clientum
  Aura gregum popularis afflet. — — — — Idem

W co go tknięß



2. Wco go Słońcesz, to może, to umie. To go dzień. v. Z piekła. ul.

Sublimat ingens ingenium Caput;
Inclinat autem grata modestia;
Utroq; præfert à colore
Magnificos humilesq; mores. - - - - Aut.
Nunc erudito primus in agmine;
Nunc bellicosis primus in artibus;
Nunc est jocosus, nunc Catonis
Esse potest rigidus Sodalis. - - - - Idem.
Natura pulchris dotibus inclyta;
Felix amœno. mentis acumine;
Utrumq; præstans, sivè amari,
Sive coli, pariter meretur. - - - - Idem.

3. Wcudze; dwie łyżki miodu diabeł wtoży. w swoie zaś łyżkę.

Fertilior seges est alieno semper in agro,
Vicinumq; pecus grandius uber habet. - - Ovid.
Immunisq; sedens aliena ad pabula fucus. - Virg.
Hæres Hymetti perpes & incola
Apis, relinquit mella domestica,
Majore curâ quærit herbas
Contiguos volitans per hortos. - - - - Aut.
Fumos, culinas, olfacit & focos
Viciniores ingluvies, Cibum
Domi recoctum non vorabit,
Plus sapiunt alibi parata. - - - - Idem.
Raro lupinis Caula cubilibus
Vicina plangit; damna mapalibus
Sunt parva notis: in remotis
Silva fames gregibus quiescit. - - - - Idem.

4 Wcieplice się, urodził. v. Szczęśliwy.

Huic semper

Huic semper vultum servat fortuna secundum Auct.
Usus amâna
Fortunâ, semperq Deos expertus amicos Idem
Natum
Diis equidem auspicibus reor, & Junone secunda Idem.

5. Wdobrym byciu y naylepszy się zepsuie.

Fortuna faustis usa favoniis,
Et insolenti pinguior otio,
Licentiosis vela pandet
Criminibus, facilemq puppim
Profundiores in Scelerum mare
Trudet per aestus. - - - - - - - - Auct.
Oloris albi plurima culcitram
Cui pluma mollem straverit, hic piger
In Somnolento criminoso
Desidiae jacuit Sopore. - - - - Idem.

6. Wgałki sobie grać.

Et puer es, nec te quidquam nisi ludere oportet Ovid.
munera conveniunt, & tam puerilibq annis Idem
Quid fræna magni Castoris arripis,
Quem inter minores vix in arundine
Tibi Sodales Comparatos,
Conveniens equitare longa. - - - - Auct.

7. Wgorącey wodzie kąpany.

Ad leniores consilij moras
Effectuandi totus indstuat:
momenta pectus tardiora
Dilacerant remorantis horæ. - - - - Auct.
minuta tardis lenta quadrantibus
mensurat omnis, non potens pati
Rem terminari, torquet omne,
Quod celeri pede non peractum - - Idem

Wiednym

8. W iednym dole wilk zgoda siedzieć bę-
dzie z kozą.

Detrusi in unum si duo carcerem
Hostes tenentur, friget inermibus
Captivus ardor; pœna utrumq;
Una parem, facit una amicos. - - - Auct.
In artefactam decipulam simul
Cum agno cruentus si cecidit lupus,
Videntur ambo agni esse, adactis
Fraudibus cicurantur iræ. - - - Idem.
Idvum pementes seu Deus unict.
Seu casus uno consociat malo
Pœna sodales; nec vicissim
Iam miseros juvat æmulari. - - - Idem
9. W myśley cię, iamie znayde, v. Dosięgnę, et.
Profugum per omnes latebras premam,
Longinqua, clausa, abstrusa, diversa, invia,
Emetientur; nullus obstabit locus. - - Senec.
Te licet terra ultimo
Submota mundo dirimat Oceani plagis,
Orbemq; nostris pedibus abversum colas,
Sceleribus pœnas dabis. - - - - - - Idem
10. W nieszczęściu przyiaciela poznać vel.
Przyiaciela et.

Cum Deus intonuit, non se subducere nimbo;
Id demum est pietas, id socialis amor. Ovid.
Libata nullo tempore vel malo
Nunc se probabit, si maneat fides:
Alterum amici prompti, inane
Nomen amicitiæ tenebunt - - - Auct.

Wniwecz

11. Wniwecz obrócił.

Jam cinis est tantum flebile Troja solum Ovid.
Omnia dilacerat, deperdere cuncta laborat Lucan.
Inclementia divûm
Has evertit opes, sternitq́ à culmine Trojam Virg.
Cadit ruentis gloria Pergami,
Et Dardanarum culmina turrium;
Muri dehiscunt in ruinas;
In Cineres abeunt trophaea. — — — Auct.

12. W oba czasy iak winiec z róż y z pokrzyw uwity.

Mille mali species, mille salutis erant Ovid.
Nunc inquieti turbinis impetu,
Nunc usa faustis vela favoniis;
Utramq́ spem inter fluctuatur;
Ambiguis favet aura ventis. — — — Auct.

13. W ogień by skoczył. v. Śmiały.

Me nec Chymerae spiritus igneus,
Nec si resurgat centimanus Gigas,
Divellet unquam. — — — — — — Horat.
Est mihi per silvas impetus ire feras. — — Ovid.
Tremenda sparsim fulgura si micant;
Si tetra nubes obstrepat ignibus;
Audax apertis intuetur
Fulmineum ciliis Tonantem. — — — Auct.

14. W odważnym męża człowieka poznać.

Cum mare compositum est, securus navita cessat;
Cum tumet, auxiliis assidet ille suis. — Ovid.
Nunc illas promitte vires,
Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus usi,
Jonioq́ mari, Maleaeq́ sequacibus undis. — — Virg.

W samym

15. W samym razie ustai.

Fluctibus in mediis navim Palinure relinquis. Virg.

Res urget actum: portas inertibus
Languet retusis viribus, hic ubi
Pandus lacertis, quod labore
Herculeo est bene succolandum. - - - Aut.

Dum vir juvandis ponitur in malis,
Virum negasti; jam ratis ultimis
Rapta est procellis, tu procellis
Jam fereris Palinure victus. - - - Idem.

16. Wdzięczen ci tego będę. v. Nigdyć ec.

Plena tot, ac tantis referetur gratia factis,
Nec sinet ille tuos littus arare boves. Ovid.
Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras,
Ibit, et in tepido deseret ossa rogo;
Quam subeant animo meritorum oblivia nostro,
Et longâ pietas excidat ista die. - - - Idem.

17. Według stawu grobla. v. Piędzią się ec.

Activitatis via aliquid fuit
Non actuoso, viribus integer
Mensurat ausus, fortioris
Ex brachij solido valore. - - - - - Aut.

Mactare muscas, victima dextera
Est par minori: verum aper, & leo,
Et Styx, & hydra, & Phlegra bellax,
Herculei labor est laboris. - - - Idem.

Caelum torosus fulciet Hercules,
Atlas Olympum colliger efferet;
Pygmaea virtus comminutis
Furfuribus sat erit ferendis. - - - Idem.

18. Wesoły nam czas nastał.

Diffudit animos omnibus ista dies. - Ovid.

Decurrunt

Occurrunt albiq dies horaq serenæ. - - Silen.
Jam nube repulsa
Tristitiæ, lætos hilarabunt gaudia vultq. Paling.

19. Nie stu koni tego niedogonisz, coć moment opoźni. v. Czas płynie.

Et levibus curis magna perire bona. - - Proper.
Mobile tempus abit, mora nulla fugacibq annis. Mart.
Messus requires mille laboribus,
Quod dormienti segnitie perit:
Quod una differt negligente,
mille parum reparatur horis. - - - Auct.

20 Wet za wet. v. To za to.

Redit repenso fœnore gratia;
Nullosq census parca manus tulit:
Velut mereris, sic lucraris:
E merito meritum reportas. - - - Aut.

21. Wiatru się, z tego boi. v. Piskla &c. v. pa Kurzodem.

Hunc neq cadentes audent vestire pruinæ
Hunc auræ pulsare timent, hunc lædere venti. Claud.
Omne invalidum, naturâ querulum. - - Senec.

22. Wie Święty Marcin, za co sobie dał płaszcza urżnąć.

Mercede parvâ multum emitur bene;
Est questuosum pro modico lucrum:
Nunquam gravabor commodasse,
centuplici repetenda fructu. - - - Auct.
Non pœnitebis, si valeas duplum
Simplo mereri: grandia talibus
Sunt lucra damnis, dum reportas
Quod dederas, meliore censu. - - - Idem.

23 Wiedza sąsiedzi iako kto siedzi.

At putat ignotam nequitiam esse suam. Ovid.

Non te



Non te seratis abde cubiculis,
Sepemq densa de platano struas:
1 Vicina totum spectat ædes;
Contiguis oculis notaris. - - - - Auct.
Occlude rimas, & patulos fores
Affabrefactus pessulus apprimat:
Arcana vicinus videbit,
Ut recitet tua curiosus. - - - - Idem
Existimas tu quod lateat tuum
Crimen? loquuntur compita; garrula
Et fama carpit, carpit ira:
Conspicuus fueras latendo. - - - - Idem
24. Wielkich ludzi wielkie bywaią grzechy.
Peccata semper grandia grandium,
Majusq nomen Criminibus venit;
Potentiorum si patrentur
Sub titulis, titulos tenebunt. - - - Auct.
Auctore magno majus erit nefas;
Agrestioris ruris erunt leves
Noxæ, Potentum sunt potentes
Nobilitas scelus ipse peccans. - - - Idem
Induta pulchram crimina Purpuram
Magis refulgent: lurida pinguibus
Lacerna non sic denotatur
Ut maculis vitiatur ostrum. - - Idem
25. Wiem zacobym tego nie dał.
Hæc mihi de victis potior victoria Parthis,
Hæc spolia, hæc Reges, hæc mihi currus erit. Proper.
Vertice jam videor cælos tetigisse superbo,
Quando venit votis ista Corona meis. - - Auct.
Hæc laurus virides, hæc portat gloria Palmas

Una hæc

Una hac magnificus causa triumphi erit. Idem
Belligeros Drusos, victores nosco camillos,
Et duo Scipiadas fulmina martis amo,
Nec me luminibus sors eximit, & mea tantis
Illorum hic meritis aquo trophaea meis. - Idem
Aurea non cupio Capitolia scandere victor
Ista triumphales dat mihi palma dies - Idem
6. Wiezie za drugiemi mydło. v. Daleko kusyku.
Procedit umber praecipiti pede,
Recisos motus non agiles habet:
Hic praestat, hic restat, procul[que]
Post celerem pigrando mansit. - - Aut.
Si compareris, compareris putas
Agone inuncto manè gigantibus
Pusille vastis. qualis esset
Romulus hectoris Astyanax. - - Idem
7. Wielka pokora. v. Owieczka ku. v. wiedźymku.
Animi[que] pulchram turpibus faciem induat:
Pudor impudentem celat; audacem quies;
Pietas nefandum: vera fallaces probant;
Simulant[que] moles dura. - - - Senec.
Amaenitoris cultibus indolis
Amicta faedos impietas tegit
Vultus truces ac pervicaces
Sub specie latuere blanda. - - - Aut.
8. Wilkchowany przyjaciel iednany. v. Dłużey sięfłu ku.
Abruptis aerumnum flebile ventis
Vulnus hiat, magna[que] patet via lubrica plaga Stat.
Interea tacitum vivit sub pectore vulnus Virg.
Quamlibet extinctos injuria suscitat ignes - Ovid.

Vulnus

Vulnus in antiquum rediit male sana cicatrix. Idem
In tempq posita, ad renovandum bella coquebat. Silen.

29 Wilka do Owczarni zamknąć.

Plenum montano credis ovile lupo. --Ovid.
Fidele vafris officium lupis
Concredidisti: credis Ovilia
Tutanda raptori qui relictas
Et genitus jugulare caulas. ---- Aut.

30 Wilcza natura do lasu ciągnie. v. Nostum wilka ce.

Cum bene sint clausae caveâ Pandione natae
Nititur in sylvas quaeq redire suas. --Ovid.
Quid efferasti colla monilibus
Cignis leonis: surrigit en jubas,
Torquesq spernens, liberari,
Et specubus latitare mavult. --- Aut.

31. Wilkiem orać ostatnia.

Urgentiores imperii minae
Mentes acutas extimulant quidem;
Istis seu ipsis non acutav,
Sed stimulis hebetata virtus. --- Aut.
Quidquid voluntas libera perficit,
Id omne semper perficit optime;
Compulsa vero, vel renitens
Nil faciet generosioris. --- Idem
Quod tu catenis, compede, vinculis
Pulchrum flagellis excuties opus?
Captivae virtus nil valebit
Artificum manibus ligatis. --- Idem

32 Wilku mięso pacierz, a on mowi Owca -

Ad durioris

Ad durioris marmora pectoris
Hortationes dissiliunt bonas;
Per omne current ad nefanda
Consilium male contumaces. - - - - Auct.
Sic obstinatis multa salubriter
Præcepta narras auribus; ut solet
Cantare frustra, non apertas
Qui loquitur colubris ad aures. - - - Idem
Præcepta Syren cantat ad oblitas
Aures Ulyssis: portat Ulysseas
Aures, & ille a ipse surdos;
Et mortis nimis obstinatus. - - - - Idem
33. Wiory lecą, kiedy drwa rąbią.
Multa facit miles vulnera, multa refert. Ovid.
Postquam congressi in Prælia totas
Implicuêre inter se acies, legitq virum vir,
Armaq Corporaq, & permistâ cæde virorum
Exanimes volvuntur equi. - - - - - - Virg.
Certamen atrox multo cum sanguine Sudatis;
Pectora pectoribus truduntur & ensibus enses;
Vulnera vulneribus mortes quoq mortibus atris
Miscentur. - - - Mant.
34. Wiosna wesoło.
Desit hiems, candidq nives de montibus altis
Destillant, virent omne solum, lapsasq reponit
... comas, renovat Philomela querelas. Paling.
Hic radiant flores, & prati viva voluptas Claud.
Nunc læta pecudes, & ovantes gutture corvi Virg.
Iam tinnire volucres
Incipiunt, nidosq reversa lutabit hirundo - Idem.
35. Wola dobra sobie za uczynek. v. Dobra wola ...
v. Małością wiele
Mundo

Magnus saepè Diis fuit inter honores
Cespes, et exiguo placuerunt farra Salino. Stat.
Nec quae de parva pauper Diis dona tuerra
Thura minus grandi quam data lance placent. Ovid.

9. Wołaia, złe złe. y Dzieci y starzy;
Jezli nie wiley, to będą przi starzy.

Et si non cecidit, potuit cecidisse videri. — Ovid.
Quod fama plenis garrula compitis
Narrabit, istud fabula futilis
Non est, erit sed culpa saltem,
Nomine quod sceleris vocatur. — Auct.
Exaggerato de minimis facit
Clamore vulgus maxima, sed tamen
Parva frequenter grandiorum
Sub titulis latuere noxa. — — — — Idem
Quod nuncupatur nomine criminis,
Vulgoq visum sub capitalibus
Poenis luendum, semper illud
Non aliquo vacat à reatu. — — — — Idem

37. Wolę umrzeć niżeli &c. v. Umrzeć wolę.
v. Zycie mi &c.

Ah potiùs peream quàm crimine vulnerer isto! Ovid.
Vivere non possum, si mihi posse mori. Item.
Tu magne Pater Divûm miserere, tuoq
Invisum hoc detrude caput sub Tartara ferro;
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam. Virg.
Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem Ovid.
Animum si nulla voluptas
Mulceat, atq levent solatia nulla laborem;
Si nequeant ... rebus gaudere Secundis,
Posset ... salutare ... — — Paling.

Wołoszyn



Metrzyn pobity ztąd miał v. Ostrzeł.
Corruit geminus eventu judice virei
Ad terum momento tiemb, sebeq datum
victori. — — — — — — — Claud.
Quattibet at rates animum vulnavera t amiess Idem
Rejiat genitum fidere dextras. — — Idem
Pompejanus ego, si vicerit omnia magnus
Caesarianus ego, si vicerit omnia Caesar. — Lucan.

39. Wojny domowe, zbiorem ode tronę.
Nec levior lues, quam victo crimina victor Claud.
Nulla geri placuit nullos habitura triumphos Lucan.
Seu Roma Syllam contulit impium,
Seu Sylla Romam vicerit inclytum;
Uterq fatalis triumphus
Romuleis fuit ex ruinis. — — — Aut.
Tumultuosi civica prelij:
Sunt arma damnis noxia propriis:
Truncando victum victor acsi
ipse suum caput amputabat. — — — Idem

40. Ujadeszy w strapher, tarmuiji, Nuzeisz.
Cul[illegible] est ipsum se ico, rumpere
Jam stimulantes liquens volet;
At [illegible] vinculato
[illegible] habet renanelisturso. — — Aut.
[illegible] jam crede sibus compede, vinculis,
[illegible] custodum [illegible] vigili sedat
[illegible] tendui, [illegible]
Effugium [illegible]. — — — — Idem
[illegible] pravius adhaserint
[illegible] excutiant licet
[illegible] sed infectas minore
[illegible] graviore risco. — — — — Idem

Wronie

1. Mowić nie pomoże napanie. v. Cziętypo się v. howal się.

Ars nulla nubile proficit viribus,
Si bruta regnem condidit indolem
Natura; frustra infatuatos
Ars reficit studiosa mores. — — — Aut.
Chemicis aluerint balneet Æthiopas,
Corvus lavetur fonte Caystrio,
Lotus nigrescit, nec colorem
Simplicior lavat omnis atrum. — — — Idem.

2. Wstydu w oczach nie mieć v. Psu oczy się.

Everserat eternâ damnatum nocte pudorem Ovid.
Permissa laxo fræna licentiæ
Per insolentem currere semitam:
Nec meta passum terminiq[ue]
Præcipitem retinens honesti. — — — — Aut.
Licentiosis vivere regulis
Irregularis iuris petulantia
Edocta mores, & pudorem
Spernere, non habuit pudorem — — — Idem

3. Wszak iże to twoia rzecz, i twoia [illegible].

Quæ tibi sunt meum, mihi sunt communia tecum,
In bona nec quisquam tertius ista venit. — Owen.
Commerciorum tu mihi particeps
Unus meorum, me quoq[ue] deligis
Tu unum, nec alter se revolvet
Fœderibus sociare nostris. — — — — Aut.

4. Wszak że w tym nie masz nic.

Non scelo aggredimur, non ad miscenda coimus
Toxica, non stricto fulminat ense manus — Ovid.

Consideratio

Confoederatas non stipulans manus
Cuius ulla, stans nec fabricat necet,
Sed ipse candor non dolosus
Firmat inscitiam fidelem. — — — Auct.

Tabe se nostrâ nil pilei doli
Potest celesti: non habet impiis
Inclusa technis proci nec astu
Militibus cooperta rupto. — — — Idem.

Wszędy być, wszędy nie być u Potkiewiatr.

Fert animus multa, et diversa, nec uno
Gurgite versari semperque flumina ducent
Et nunc has, nunc illas nabimus undas — Paling.

Wszędy pstra sroka.

Diversiformes climate quolibet
Natura mores parturit et tamen
Exemplar unum est universis,
Et similat sibi disparata. — — — Auct.

Quicunque nato sol tibi fulserit
Horoscopatus: sive sub Hespero
Nascare, sive aurora cunas
Memnonio radiavit ortu. — — — Idem.

Wszystko łatwo widać w drugiej tunice.

Mnemosynarum conscia virium
Non difficulter mens chalybem habet
Nec ferreorum perstrepentem
Duritiem habat ad laborum. — — Auct.

Athleta duris non hebet indoles;
Acuminatur ostibus et magis:
Sic difficultas perspicacem,
Ut silex bene cos secures. — — — Idem

Przyczyna tr...

Sic elegantes ingenium ulrat
Docet acutum, solvere Indios
Mucrone nodos, ut nec ipse
Dexterius Macedo valeret. - - - - . Idem

48. Wszystko na nice idzie;
Wszystkie chwały pobległy ochydnie.

Rerumq novatrix
Ex aliis alias reparat natura figuras. . Ovid.
Natura cursos subruit amulos,
Artis labores; Troja premit Phryges,
Trajos Mycenas. - - - - - - Sarb.
Superba quondam Pergama, nunc cinis,
Et incolentum rudera mœnium. - - - Idem
Quos fatigat peperere luna,
Una collectos rapit hora census. - - - Idem

49. Wszystko się plecie na tym mizernym świecie.
v. Czas wszystko ec.

Mundus stultorum cavea, errorumq caverna. Philip.
Una permutat brevis hora fluminis. - - - Senec.

50. Wszystko umieć a mało robić nic zawadzi.

Vilia miratur vulgus, mihi flavus Apollo
Pocula Castalia plena ministrat aquâ. - - Ovid.
Laboriosum est omnia discere,
Sed gloriosum scire; nec omnia,
Quae nosse juvit, practicare,
Sed vacuis penetrare curis. - - - - Auct.
Artis peritus sit bene nautica,
Torquere clavum doctior; hic licet
Non navigabit, sit magistrâ
Quod valeat bonus arte rector. . - Idem

51. Wybierszy napłakać się nie dużo.

Exigit

Exigis, ut nulli gemitus tormenta sequantur,
Acceptoq; gravi vulnere, flere vetas. - - Ovid.
Et miseris nec flere quidem, aut lenire dolorem
Colloquijs, impune licet. - - - - - Claud.
Et cogor lacrymas comprimere ipse meas. - - Ovid.
Non licet ocultos proferre impune dolores. Proper.

51. Wybawiony z Tonięcia w Pożyciu.
Quassa tamen nostra est, nec mersa, nec obruta navis;
Utq; caret portu, sic tamen exstat aquis. - Ovid.
Totq; maris, vastiq; exhausta pericula Ponti
Fugit. - - - - - - - Silen.

53. Wydał się, uszczypliwa oliwa na wierzch.
Sub virtutis tegmine crimina
Latere possunt, at sua nuditas
Scelus revelat, nec tegetur
Sub specie petulans modestia. - - - Aut.
Ficta tristi fronte modestia
Pulchram insolentis fingit imaginem;
Si larva felix detrahatur,
Impietas patet explicata - - - - Aut.
Fucata vultus sumit hypocrisis
Attemperatos; at simul eminet
Scelesta fucum pulchritudo,
Assimilis sibi comperitur. - - - Idem
Exsiste tantum qui male sunt boni,
At tempus illi non bene sunt boni:
Saepe lex decoris regulare
Sub titulis latuisse crimen. - - Idem

54. Wymowny ... Ironia ... Cicero
Pulchra haud unquam meminit se suada locutos Harion
Gratia verbosi natus ad arma fori. - - - Ovid.

Sermo Illicit

Sermo fluit purus, priscoq simillimus auro,
Et quem Roma vetus non neget esse suum. - Wallig
Nec dignius unquam
Roma triumphantes meminit dixisse Quirites. Neos.
Facundia vocibus aures
Fulminat: illa animos & aspera corda triumphat. Id.
Attonitum jurare in verba Senatum
Audimus, & doctis subsellia plaudere verbis. - Idem

55. Wysłuchać mię Pan racz.
Audiet hoc æther, & si Deus ullus in illo est. - Ovidiq
Non dura nostris Numina lacrymis,
Non cunctus æther despiciet preces,
Efflagitanti nam Deorum
Suppetiæ veniunt dolori. - - - - Aut.
Non contumacem supplicibus Jovem,
Sed conquerenti propitium eris;
Injuriatis sæpe vindex
Auxilio fuit evidenti. - - - - - Idem
Jam jam impetravi, jam tibi debitas
Poenalitates: fulmina Juppiter
Vibrata stringit, præstoloro
Qua feriat caput hoc scelestum. - - - Idem

56. Wyszumiało się wyrobiło Piwo.
Ebullientes supprimit impetus
Jam mitigatis fracta vigoribus
Ætas juventæ, cujus olim
Igniculi caluere primi. - - - - - Aut.
Vertosa, primis quæ furit Æolis,
Robustiori turbine spiritus
Sanguescit ætas, dum curiatis
In senium properavit annis. - - - - Item

Illi calores, illa ferocia
Respicientes jam tres indolis,
Postquam depositus primus ardor
In cinerem prope se resolvit. – – Idem

57. Wszelkie nieszczęście w życiu i w postępie.
Ut res quas dies abstulit optima,
Sic se quaeque rapit; nulla fuit satis
Unquam lonca voluptas:
Longus est itaque dolor. – – – Sarb.
Factis deliciis non est durantibus
Unquam nemo satur: stramgula taurea
Ipsis exceptidam noxia ferculis. – – Aut.
Nunc illos sua fata manent majore sub nisse Virg.

58. Szywotasz w [illegible]
Adveniet justum pugnae, ne accersite, tempus. Virg.
Ne vero ne me ad tales impellite pugnas. Idem
Jam feror in pugnas, sed nondum arma sumpsi,
Nec mihi sumiendi causa sit ulla velim. Ovid.

59. Wrzeczy z [illegible] w [illegible] Parnaby [illegible]
Rideret aurati femur Herculis, et faciem ipsam
Neptuni, et bracteolam de Castore ferret. – Juven.
Hujus votis non [illegible] aurum
Quod Pagus, et rusti[illegible] Pactolus volvit arena. Idem

X. X. X.

1. Kiedy Prałacie innych nauczacie, sami nie dzierżacie [illegible]
Exempli dictis consona praebeas,
Et sic reduces quemlibet ad bonum

Drugim

Frugem; monentis si videbit
Acta suis meliora verbis. - - Aut.
Sermone casso perstrepit irritus
Hortationum ebri utilium pager;
Si non honestis prædicantum
Æquivalent bona verba factis. - - - Idem
Accline pronis auribus excipit
Vulgus, quod altis audit ab Exedris:
Difforme quando non resultat
Dogmaticis opus à loquelis. - - - Idem
Frustra erudito fulmine detonat,
Frustra nocentes increpat impius:
Parum docebit, qui docendi
Ex rabie documenta sumit. - - - Idem
Nec dicta factis conveniunt tuis,
minora magnis qui Elephantibus
Portenta morum dissimulat tibi,
At ceterorum persecutor
Et culices agitas minores. - - - - Idem
Non ex figuris Rhetoricis bonas
morum figuras suada disertior
Format, sed actis si comprobavit,
Quod docuit, bene prædicando. - - - Idem
Doctrina, si non discrepat à bona
Vita docentis, quemlibet erudit:
Nihil docebit, differentes
Qui monitis habet ipse mores. - - - Idem
Frustra scelestos improbat improbus;
Quando ipse doctor quod vetat, hoc facit:
Quod ipsa tantum vox refutat,

Improbitas

Improbitas prior approbavit. — — Idem
Si quod arguentem culpa redarguit,
Ipsumq mordet noxa, momorderat
Quam corrigendo, tunc reatus
Complicitas faciet sodalem. — — — Idem
Attentiores quando parabolis
Aures disertus grandibq obruis;
Aisq tantum, non agendo;
Seu vacuo jaculere sclopo:
Ut nulla sontes vulnera sentiant;
Quia absq plumbo fit sonitus levis,
Auras lacessens; nec per ipsas
Pectu fibras penetrare possunt. — — Idem
Disertiorem non age Tullium,
Qui non tulisti, quod loqueris, bonum
Juste tacebis, si à decoris
Dissideat mala vita verbis. — — — Idem

L. L. L.

1. — Perzelu pódrymuv tafiS.v. z Piccamateb.
Cum non secundis fortiter Aeolis
Mutata navis veli retorserat
Vitando Scyllam; sed dolendum
Naufragium facit ad Charybdem — — — Aut
Unius audax ante periculi
Victor, secundis succubuit malis;
Pejora primis turpiora
Vulneribus patuit sicarius. — — — Idem
Tempestuoso nauta impontilis
Fregit Procellas, fregit et Africos,

Sed lentiori

Sed tenuiori fisus Austro
At scopulos maleasq venit. — — Idem.

2. Z garsciby się nie mial v. Strach zcieklelu.

Non gaudet tenui sanguine tanta sitis Mart.
Nones tu jaculis hastisq petentur,
Conscia succumbent, audito vertere, terga Claud.
In tauros Libyci fremuit leones,
Non sunt Papilionibus molesti. — — Mart.
Lepus Molorchis præda leonibus
Est nulla paruus, sed cum Elephantibus
°Habent duellum; sic minores
Si capiant aliquando muscas,
Hinc parva magnis laus aquilis erit. — Aut.
Nanus feroci sufficit æmulus
Nunquid Gigantii num valet Hectorem
Bellare contra, quis Pelasgus
Imparibus pariter lacertis.? — — Idem
Si vigor est animis, promptaq ad fortia vires
Sufficiunt animo, primo mihi consere dextra. Id.

3. Z jakim ulo przestaie takiem się sam staie v. Przyktadu.

Plaudite Neptuno, nimium qui creditis undis,
Nil mihi cum Pelago, me mea terra tenet. — Ovid.
Contagioso sanus adhæreat;
Maligna sanum corripiet lues:
Sic pestilentes applicatis
Improbitas vitiata mores. — — Aut.
Constans sodali si Cato frivolo
Communicabit, desipiet Cato
Convictor illum criminosas
Erudiet cito malus artes. — — Idem

Piedrego

4. – Z jednego gołego dziesięć zbroynych nie nie wezmą.
Unum latrones non spoliant decem.
Nudum ferenti nil, nihil auferunt:
Nihil habentes nil dedere,
Nec vacuus vacuatur unquam. – – – Aut.
Erat prædo dives, ditior obviat
Sibi viator, diripit, exuit,
Asportat aurum, at prædo visit
Pauperiem, furiæ evanescent. – – Idem
Depauperatos grandis Divitum
Non arma terrent, queis fuerat nihil,
Decedet illis nil, nec unquam
In spolium spoliatus ivit. – – – Idem
5. Z jednego wołu dwoch skor odrzeć nie podobna.
Quis sauciatum, vel Paris æmulum
Plagis Achillem sauciat additis?
Quis necabit jam peremptum?
Quis jugulum jugulatus offert? – – Aut.
Excorticatas jam semel arbores,
Decorticari non iterum sinent:
Nulli rursus vel latrones
Quos spoliant spoliare possunt. – – Idem
6. – Z iskierki pożar bywa.
Solet à ventis alimenta resumere, quæ
Parva sub inducta latuit scintilla favilla,
Crescere, et in veteres agitata resurgere vires. Ovid.
Qui etiam parvo libescit vulnere totum
Corpus, & ingentes subeunt, cruciantque dolores. Stazian.
Cinerem sic sulfure tangas,
Vivet, et ex minimo maximus ignis erit. – Ovid.

Parva

Parva domum rapuit jactis scintilla favillis. Naper.

7. Znad wziąć, stad wziąć, było, nie ze było.

O quam Cleg inest vitiis amor! omne futurum
Despicitur, suadensq; brevem præsentia luxum. Claud.
Struit in vetitum damni secura libido- Idem.

Futura præsens non benè despicit,
Seu damna luxus, seu lucra congerit,
Absumit, haurit, congregata
Illicito licitoq; Censu. - - - Aut.

8. Z każdym piękne żyć, szczerze vel. Kto się naybardziey ...

Amare multos qui ingeniosius,
Amare nullos hic scit amicitius.
Illecebrosè perduellem
Blanditiis simulant amicum. - Aut.

Te effunde totum sic popularitèr,
Totus sodales ut lateas tamen;
Crystallus offert sic figuras,
Nec speculo tamen ulla prodit. - - - Idem

Florere verbis lingua erit elegans,
Sinceritatis marcida fructibus:
Spinas recondit fraudulentas,
In roseis speciosa dictis. - - - Idem

Sinus apertos cordaq; pervia
Monstrans Ulysses abditus omnibus.
Apertus omni larvam amici
Induerat manifestus hostis. - - - Idem

9. Z nadziemi ... v. Ostrożnie ...

Est non caucasea de rupe profectos,
Quiq; bibunt undas Nyse Casice suas. - Ovid.

Porrex

Non ex agresti tu genitus grege,
Sed eruditis edoctus choris;
Nos arte vulgus comptiores
Excoluit inde, nulla Apollo. — — Aut.
Nobilibus almis tu penetralibus,
Comptusq; multis artibus emineas;
Me musa doctis laureata
Non valuit redimire sertis. — — — Idem.

10. Z młodu ym powoli trzeba.

Dum nova in viridi coalescit cortice ramus,
Concutiat tenerum quaelibet aura, cadet. Ovid.
Quid juvenem fraudas vitem crescentibus uvis?
Pomaq; crudeli vellis acerba manu. — — Idem
An nescis teneros laedunt juga dura juvencos?
Dum tener est, pratis exspatiatur equus. Massen.

11. Z młodu przyzwyczajać. v. Cwiczenie się.

Dum tenera est aetas, generosos imbue mores. Owen.
Sensim lupatos tunc equus alipes
Mordere discat, dum junior potest
Ad frena duci, calcitrabit
Si senior fuerit domandus. — — — Aut.
Sagax odoret, dum canis instruas
Aptus sub antris quaerere praepetes
Cervos, vel apros: non docebis
Nec leporem sciet invenire. — — — Idem

12. Z myśli mi nie znikniesz.

Tu mihi cum Phaon, te somnia nostra reducunt,
Te vigilans oculis, animo te nocte videbam. Ovid.
Este tamen quamvis longa regione remoti
Absimus, vos animo semper adesse meo. — — Idem.

Nulla

Nulla venit sine te nox, mihi nulla dies. — Idem
Ence oculis semper vigilantibus haret,
Enea animo noctesque diesque refert. — — Idem
Z. — Z niczego nic nie będzie.
Quis atque lignis adificat domum:
magnasque moles de nihilo struit.
Solertiores sint Myrmes,
De nihilo nihil elaborant. — — — Idem
Et actuosis actio deficit,
Si non juvabunt ipsa peritiam
Adjuncta rerum; quae periti
Desipient etiam Magistri. — — Idem
Z. — Z nikim się nie zgodzi. — [illegible]
Sic, si vel ipsum Thesea deligat
Sibi sodalem, Thesea lederet
Praeceps amicum, Castoresque
In rabiem socios moveret. — — — Idem
Jurata strictis federa vinculis
Firmique pactam dilacerat fidem;
Et concitaret, rumperetque
Pacificos aliàs amores. — — — — Idem
Z. — Tak ta Żaby wzioł v Żakomy v Wziołtyde.
Ut canis à corio non absterrebitur uncto,
Sic tu nec laudis parcis avare bonis. — — Idem
Invadet audax ipsa lararia,
Edes avarus diripiet sacras;
Nihil relictum, nil verendum
Sacrilegis fuerit rapinis. — — Idem
Sint plena lectis scrinia censibus;
Crumena raptis farta pecuniis;

Adhuc

Addit Libido vel Sacristas
Pelletquet habuisse Divini. — Idem.

No 2 pieca na Teb. v. Ircacy naprawić w. v. Zdesz Zuel.

Erroneamur sorsea mentium
ut sapè parvas criminibus velint
umbrare nevas; et sulta velint
Jullitiis reparare facta. — Aut

Evolit ultrà, qui semel avio
Errore ductus, difficiles vias
Inrespius haesit, nec vacinti
Abramitibus licet ire notis. — Idem.

Errata quando corrigit altero
Errore et stultus, grandiq agerant
Malum, nec unquam quae tenebunt,
Implicitum mala liberabunt. — Idem

Qui inauspicato capit abomine,
Inauspicatis hic mediis agit.
Exordiorum sic malorum
Deterior solet esse finis. — Idem

S Tiehta rodem. v. Iy w. v. Mnogo Lenigż. de.

Durdior aquoribq, calcato immitior hidro,
Asperior tribulis, facta truculentior ursa Ovid.

Quenam te genuit saeva sub rupe Leona?
Quod mare conceptum spumantibq exuit undis?
Quid Syrtis? quid scylla vorax? quid vasta Charybdis? Tibull.

Vis exhibitum nobile nobilis
Potesq, pulchras indolis indole
Habes in hac, quae se eleganter
Eximi regit ex amussi. — Aut

Quicunq docto doctus in ordines
Accenseri, porriget infamam

Huic

Huic omnis herbam; illi secunda
Mille magisteriis quis eget? — — Idem.

18 Z razu zabiegać złemu. v. Zawczasu.

Vix tum sortis consule fluctibus,
Ut littus aptum navibus eligas,
Et vela cruentus complicato,
Ne valido lacerentur astu. — .. — Aut.
Extingue flammam protinus, antequam
Periculosis bulliat ignibus,
Nam flamma non extincta, passim
Continuas populatur aedes! — — Idem.
Proximo a tectis ignis defenditur aegre,
Utile finitimis abstinuisse locis. — Ovid.

19 Różnych pieców chleb jeść potrzeba.

Non placet incolis
Qui Sol avitis exoritur jugis,
Aut prisca, quae dudum paternam
Luna terit radiis fenestram — Sarb.
Quis se Paternis aedibus excolet?
Calamitosis naviget Africis;
Politiorem lapitudo
Efficiet peregrina vitam. .. — — Aut.
Quocunque pergas moribus integris,
Haeres ubique es: ne lateas domi
Terris avitis parvus hospes,
Vix patrio bene natus Orbi. — — Idem.
Nos non vagantem suspicimus virum,
Sed ex repertis artibus inclytum.
Non qui frequentes ex heliquis
Hospitiis facit incolatus. — — Idem

20 Z tobą żyć, z tobą umierać.

Non me per

[illegible] me, per altas [illegible] jubeas nives,
[illegible]
[illegible]
[illegible] praelia ensibus pectus dare. — [illegible]
[illegible] ascendere montes,
[illegible] vadere [illegible] — Propert.
[illegible] me junctis, me tibi vinxit amor. — Oven.
[illegible] vel Lybicas ausim percurrere Syrtes,
Et dare non aequis vela ferenda Notis. — — Ovid.
[illegible] sine dulce nihil. — — — — Lucan.
[illegible], si medius Polluce et Castore ponar,
In coeli sine te parte fuisse velim. — — Ovid.

21. Z wielkiey chmury mały deszcz.

Serenitatis prodroma fulgura
Fragore vario nubibus hispidis
Strepent, nec imbres concitabunt,
Dum dubio nitet aura coelo. — — — Stut.
Qui murmuranti nube diu tonat,
Minus timendus Jupiter arcivo
Non fulminandis: saepe coelum
Imbre carens tumet, et serenat. — — — Idem.

22. Z wielu miar powinieneś to uczynić.

Instant officio nomina multa tuo — Ovid.
[illegible] non patet [illegible]
[illegible] amicitiae titulis licet
Praestare amico; negligentem
[illegible] — [illegible]
[illegible] possit vera fidelitas,
Semper teneris non piger exequi;
Quaecunque leges quidquid arctis
Nominibus jubeant amici. — — Idem.

[illegible]

23 Swobna, z letka, lepiey. v. Powolidu.
Fortuna curru te facili vehit
Felicitatis tunc brevius teme
Ha lora cautus! ne insolentes
Excutiant properum jugales. — — Ovid.
[illegible]
Fortuna votis tardior adfuit;
Repente talis claudicavit.
Qui valuit celer evolare. — — — — Idem.
24 Z czasem wszystko sie mieni. v. Wszystko sie mienie.
Hoc ubi [illegible] radios admoverit axium,
Tellus Syrtis erit. — — . — — — — Lucan.
Nil diu felix stetit; inquieta
Variorum currunt hominumq fata,
[illegible] novis [illegible] surgunt
Regna quot annis. — — — — Barb.
[illegible] pyramides [illegible]
[illegible] jam cinis est [illegible]
Muros vetustas longa rodit,
Et Rhodios senium colossos. — — — Aut.
25 Za moie zyto, iescze mi nabito.
Est mihi supplicii causa, fuisse pium Ovid.
Pro te solebam fugere; discedo, exeo,
Penatibus profugere quam vagis tuis. — [illegible]
Vitem resecto palmite saucias,
Cujus racemis vesceris optimis,
Onusta pomis quae stat arbor,
Hanc [illegible] — — Aut.
Laboriosas de patriis apes
[illegible]
[illegible]
Nectarios dent [illegible] — —

2. Salomem [illegible]

— Ty pas jasi̇̄ora. Placht. přeraž Kažďora

Minora nullo sollicitus lucro
Immendiosis censibus abstinet;
Ad lucra damnum nuncupere,
Immodico pretio redemptu. — Aut.

Parum abstinebit, plurima qui dabit;
Plus offerenti vix minus evenit:
Magni lucrēre, ut viliora
Pro modico dare multa debes. — — Idem.

7. [illegible] penězi mnoh, co pivovaje srdce [illegible]
[illegible] chlebem se. v. — Pota [illegible]

Venale vulgus stat pretio levi,
Venale, quidquid sparsa pecunia
Habere velles; merce parvâ
Innumeros facies amicos. — — Aut.

Si militaris buccina convocet,
Si clara pulsu tympana milites,
Ibunt, sed ibunt promptiores,
Quando simul sonat aes aurum — — Idem

Et praeliares suscitat impetus,
Et praeliares mitigat impetus,
Sit plena nummis si crumena;
Aut aciem tenet, aut resolvit. — Idem.

Scit ire venum vel Fabius senex;
Mercede sensus Nestoreos emam;
Nummis nummo comparabile est
Grande Supercilium Catonis. — — Idem.

Praetorianis cincta cohortibus
[illegible]stro patescunt limina, ditior
Si quando pulset, postulesq;
Huic faciles reserantur arces. — — Idem

Vendunt coronam, Regnaq; nobiles
Vendunt [illegible]ones, aureaq; perditis

Sit esto

Sit esto liventas, perire
Saepe datum cupiunt per aurum. — Auct.
Sic unde nummus tinniit, audiet
Quivis libenter, dat pretiis manus
Quivis ligatas, vel tributo
Ipse suas emit dire clades. — — — Idem
Mercator adeit, venditor est sui
Quivis honesti, patria fas decus
Fratres, parentes stant sub hasta:
Si modicum licitetur, emit. — Idem
Et lingua missis capta pecuniis
Regit patronam, jura temperat;
Occludet os aurum loquacis
Juridici, reserabit aurum. — — Idem
Tuam relinquet, quam modo fortibus
Causis, statutis, et rationibus
Et lege fulcit, langiori
Causidicus pretiatus auro. — — Idem
Habet amores, dum loculos habes,
Quos liberali distribuas manu:
Si nervus abiit, si talentum,
Nemo tibi cupit alligari. — Idem

10. Ta drużyna w czysty idą...

Dum juvat, et vultu ridet fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes:
At simul intonuit, fugiunt: nec noscitur ulli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat. Ovid.
En ego non paucis quondam munitus amicis,
Dum flavit velis aura secunda meis;
Ut fera nimboso tumuerunt aequora vento,
In mediis lacera puppe relinquor aquis. — Ovid.
Ut de jure radiat per vota dum tibi umbra ferat.
Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit:

Mobile

Nobile dic teguitur fortuna lumina vulg.
Sed, simul inducta nube teguntur, abit - Idem

29. Ta wiasa trucizna ... v. Trazu sie vel Od Lyczka ...

Virus, venenum, tempora noxiis
Herbis ministrant, crescere si vetas,
Nemo venenum, nemo prorsus
Aethiferat metuet cicutas. - - Auct.

Recentiori vulnere sanguinem
Dum plaga stillat, pone malagmata;
Postquam putrescit vix coire
In solidum poterit cicatrix - - - Idem

30. Za zdrowie pić. v. Zusstyle v. Hergantyrzie

Attemperatis ad sonitum lyris,
Et apprecantum vocibus assonis,
Multis saluti ab Ebriosis
Sacrificus Scyphus immolatur. - - Auct.

Immersa plenis gaudia cantharis,
Salusq spumat, pocula poculis
Urgentur, urgent quis priorem
Et cyathum libat, & salutem? - - Auct.

31. Taba ... ... Konia Guia.

... paludibus ... ... sequi
... ... vult aquilam ardea?
Nullae volucres concitato
Sunt aquilis similes volatu - - Auct.

Equis habenas indue gemmeas,
Auroq cusos attribuas lupos,
... ... inertes
Sic asini phaleras requirent. - - - Idem

... sceptrum ... appetet;
... sceptrum Principis in manu.

Cito

Voto sedisto, Simiorum
Quis dominq foret, aut Monarcha? — Aut.

32 Żal mówić nie ma. i serce niechłodzieć.
Effundunt justas in numina saeva querelas. — Lucan
Aspice demissos lugentis more capillos;
Et tunicas lacrymis sicut ab imbre graves. Ovid.

33 Żal mówić nie daie.
Ignavo stupuerunt verba Palato. — Lucan.
Justo desunt sua verba dolori. — Virg.
Et via vix tandem voci laxata dolore — Idem
Strangulat inclusus dolor atq exaestuat intq. Ovid.
Et lacrymas cernes in singula verba cadentes,
Et singultatis oscula mista sonis. — Idem.
Et pariter vocem lacrymasq introrsq obortas
Devorat ipse dolor. — Idem
Neq enim vocem viresq loquendi,
Non aliquid toto corpore mentis habet. — Idem
Succubuit justo mens dura dolori. — Lucan.
Singultusq pias interrupere querelas. — Idem.

34 Ustawić pole. vel. Domator.
Rarum sagittis qui tetigit scopum,
Quem certa nunquam meta fefellerat;
Thrax errat ipse, si remissus
Dediderit jaculator arcum. — Aut.
Indesinenter si volucris suas
Exercet ales, permeat aera,
Solemq tangit, sentit aeras
In cavelis cicurata pennas. — Idem
Fertilis assiduo si non renovatur aratro,
Nil, nisi cum spinis gramina gignet humq. Ovid.

35 Zamienili. vel. Ustaią.
Stupuerat gelido lingua retenta metu. — Ovid.

Et lacry...

Et lacrymæ deerant oculis, & lingua natato Stat.
Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæsit
Lingua, ter in primo restitit ore sonus. Ovid.
Os mihi defuerat, vox arescente Palato,
Hæsit & ad fauces aspera lingua meas. Auct.

7. Pànowi się, dawno nato u. Krakowa [illegible]

Discerpet angues [illegible] puer,
Non tris timendus [illegible] Hercules,
Sternet leonem, Strangulabit
Nymphidides, perimet gigantes. Auct.

Ex ungue primo colligitur Leo;
Quis sit futurus, factus adultior,
Demonstrat infans, num deinceps
Proficuas [illegible] artes. — — Idem

Ferox Achilles vel muliebribus
Indutus armis: Pergama jam timent
Cælo [illegible]; conciderunt.
Dum rapuit furibundus ensem. — Idem

Parva fuit (si prima velis elementa referre)
Roma, sed & in parva spes tamen hujus erat. Ovid.

9. Zapomnieć się.

Lethæos hausit latices oblivia mentis Ovid.
Pocula Lethæos ut si ducentia somnos.
[illegible] capta sic [illegible] Auct.

8. [illegible]

[illegible] festis [illegible] jocis
[illegible] Salones [illegible] Atticis:
[illegible] gratiosa.
Si Salibus bene condiatur. — Auct.

Venator unus, qui lepores capit,
[illegible] lepores; utraq. gustui
[illegible] mensa [illegible],
Qui lepidis caret Atticismis. — Idem

Mordaa

Mordax acuto qui pupugit stylo,
Sarcasticorum plenis acuminibus:
Argutiores ac facetos
Exhilarant rorantis linguae. - - Auct.

Facetiarum turpia nomine
Indigna pulchro commoda displicent;
Sed gratiarum jocosiores
Et veniam meruere linguae. - - Idem

39 Żarty na stronę.

Minus jocosas tractet ineptias,
Tractanda semper seria seriis:
Ad magna natus vana prorsus
Dedecuit levitas Catonem. - - Auct.

Momenta rerum grandia grandium
Agenda nugis non jocularibus:
Maturitas adulta quippe
Jam didicit puerilis esse. - - Idem

Tantum theatris histrio comicis
Plausum meretur: magna prementium
Negotiorum ponderoso
Ingenio moderare puncta. - - - Idem

Non est agendum risibus et jocis:
Auctoritatem qua decet exprime;
Non histrionum res libratur
Futilibus peragenda nugis. - - - Idem

40 Zaspać gruszki w popiele v. nie zasypiaj.

Non cuncta prudens vel Fabius bene
Cunctando gessit: protinus obvias
Occasiones apprehende
Et facile potiere voto. - Auct.
Fortuna magnis vindiciis amat,

e quanto

Si quando amicum porriget annulum.
Et tu retardando fluentis
Despicies benefacta sponte. - - - Auct.

Cum te vocabunt numina, praepeti
Accede passu: perdis enim morâ
Secunde totum, diligenti
Quod poteras habuisse curâ. - - - Idem

Divum favores, munera, gratias
Ne sperne deses, spernere desides
Fortuna novit spreta, posthac
Et minimum negat adjumentum. - Idem

141 Zastap ty mu ode Dětwi, to on Ošnem.
Nullis tenetur callidus artibus;
Novit dolosas noscere Machinas:
Sic carceratis, vinq. passis
Pro foribus patuit fenestra. - - - Auct.

Conceptus sis retia fraudibus
Tenduntur annis; effugiunt tamen
Capes per ipsos, non videbunt
Si tacites aliunde passus. - - Idem

Te cinge vallo, cinge potentibus
Carthago muris, Roma cuniculis
Si valla, si muros subintrat,
Auderibus ruis insepulta. - - - - Idem

Ferro recusis vectibus Herculem
Atque arcta clausit, non tenuit tamen
Ascuit serata claustra, fugit
Cerberei penitum latratus. - - Idem

Clausi doloso carcere Thesei
Filum viarum Dux tenuis fuit:
Ars arte victa; fraude vincit
Daedaleas Ariadna fraudes. — - - Idem

Zaustydziesi

[illegible] gemitq; pudor dejecit ocellos. — Ovid.
[illegible] infecit purpura vultus
Per liquidas succensa genas, castaq; pudoris
Eluxere faces. — — — — — — — Claud.
Conscia purpureus venit in ora pudor,
Quale rosa fulgent inter sua lilia mixta. Ovid.
Pulchra verecundo suffunditur ora rubore Idem
Subitusq; invita notavit
Ora rubor, rursusq; evanuit, ut solet aer
Purpureus fieri cum primum aurora movet. Idem

43 Zawstydzić się tego, co [illegible]

Prisca recensitis evolvent saecula fastis. Stat.
Futura facti saecula pessimi
Narrationes instituunt malas:
Quod nunc patratur, per sequentes
In triviis recitatur annos. — — — Auct.
Latere quid nunc prospera diceris,
Hac à futuris crimina vapulant
Annis, suamq; pervicaci
Historiam peperere momo. — — — Idem
Praesens quod aetas dissimulat scelus,
Olim vetustas prostituit sequens;
Senexq; crimen exhumabit
Garrulitas memor abnepotum. — — — Idem

44 Zazdrośny każdego dobrze [illegible]

Huic semper laeva voluntas
Insultare malis, rebusq; egrescere laetis. — Stat.
Risus abest, nisi quem visi fecere dolores. Ovid.
Mactus obtrectat facta immortalia livor. Idem
Facta sequebatur quamvis ingentia livor. Claud.
Impatiensq; sui morbi, livorq; secundis anxius. Idem

[illegible]

Et pura livor tabificos super
Crystalla mendax efflat anhelitus;
Trophaea, lauros, & triumphos
Invidiae secuere dentes. - - - Auct
Est livor amens, tinea purpuram
Dentata carptim quae dominam vorat,
Et consulares scit secures
Et Superos temerare fasces - - - Idem.
Interpretari dextra sinistrius,
Infami honestum urere stigmate,
Hic Psittacorum pastus, ista
Una capit genialis esca. - - - Idem.

8. [illegible]

Utendum est aetate, cito pede labitur aetas Virg.
Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo
Caperturque rosis tempora futilibus:
Jam vicina jubent nos vivere mausolaea - Mart.
Vive velut rapto, fugitivaque gaudia carpe - Idem.
Vivite laeti; properat cursu
Vita citato, volucrique die
Rota praecipitis vertitur anni - - Senec.
Dum primi floret tibi temporis aetas,
Utere, non tardo labitur illa pede - - Tibul.
Nunc etiam tempus, nunc apti lusibus anni:
Indigna est pigro forma perire situ - - Ovid.
[illegible] mollia regna tuos - - Idem
Flores et amoenae ferre jube rosae,
Dum res, & aetas, & sororum
Fila trium patiuntur atra. - - - Horat.

9. [illegible]

Et variis, alba junguntur saepe columbis,
Et niger a viridi turtur amatur ave. - - Ovid.

Non disparatis

Non disparatis mentibus intimi
Vivent Sodales: vincula mentium
Tuere mores, et fideles
Sunt Studii similes, catenae. . . Aut.

47 Przeraził. vel. Trwoga opuścił.

Navita confessus gelidum pallore timorem
Jam sequitur victo, non regit arte ratem. Ovid.
Vicit nautam fulmina, turbines,
Quique clamum non timet; abstulit
Procella mentem; abrepta ventis
Judicium pelagi est phasello. . . . Aut.

48 Zdrowo mi to

Hoc juvat, hic animi fundamenta mei. Ovid.
Mordax acetum proluat ilicet,
Non macerabit Stoica pectora;
Quod rosit Aloes, non momordit
Marmorea gravitate mentes. . . . Aut.
Vivit lacertis sana Ciconia,
Fit virulenta pinguior aspide:
Sic nutriere adversa fortes,
Sic faciunt mala fortiores. . . . . Idem.
Ramenta ferri struthio decoquit,
Dapes famenti sunt sapidae, chalybs:
Invicta sic virtus ab ipso
Sumit opes animumque ferro. . . . Idem

49 Zewsząd zle.

Multa mihi terrae, multa minantur aquae Ovid.
Navita dum prospectat aquas, ut victa profundis
Equoribus, fessus revocat sua lumina caelo. Idem.
Frangimur heu fatis, fermurque procellis. Idem

50 Te z tego wybieraiąc.

Cum plena falsis sortibus alea
Non ominatis jactibus accidit,

Hazarde

Hac arte ludet, qui minorem
Perniciem tibi pollicetur. — — Idem.

Exire qui vult mille periculis,
Unum subibit saepe periculum:
Auersus in unum, sauciandus
Innumeros leo vitat ictus. — — — Auct.

Pegnam was Gracia, serdecznie miły domu,
Ktoś ... jeżeli ... do ...

Accipe supremum dictum mihi forsitan ore,
Quod tibi qui mittit, non habet ipse vale — Ovid.
Dicendumque semel, toto non amplius aevo
Accipere, et parili reddere voce vale — — Idem.
Salvete aeternum socii aeternumque valete,
Romanae turres, et vos valeatis amici,
Terra vale, coelique homines, hominesque valete Proper.

Zgoda na to.
Hac mille votis millesque calculis
Confirmat alto Juppiter aethere:
His terra concors sensibit ...
Consimiles adamante sortes. — — — — Auct.

Unoque favore
47. Cum Alexander nasceretur duæ Aquilæ super Palatium sedebant, et una ad orientem, altera ad Occidentem avolavit. Plutarchus.

48. Lacedæmonij etiam in Clypeos exponebant Infantes: forte ut eundem lecum nascens Puer haberet, quem moriturus; nam ijdem et super Clypeos sepeliebant. Ideo Matres Lacænæ, filiis suis ituri ad bellum clypeos porrigebant dicendo: Aut cum hoc, aut in hoc supple, redi. Herodotus.

49. Infans ortus die quinto circa aedem ferebatur curriculo, et tunc ei mittebantur munera, præsertim autem Polypidas rati-

onem

onem Lysias; quia Infans veluti Poly-pus est, talis enim evadit, quales ii sunt, cum quibus est assiduo. Theatr. vit. human. Est autem Piscis Polypus, qui ejus rei, cui se applicat, colorem induit.

53. Thraces Infantem circumsedebant cum propinquis, & lacrymabantur: narrabantq; ei omnia, quæ erat passurus, mortuum vero cum lætitia sepeliebant, narrantes illi, quot mala evasisset. Herodotus.

54. Romani singulis annis recolebant diem Natalem, unde festa dicta Genethlia; & Carmen quod tunc decantabatur dictum est Genethliacum. Hunc diem celeberrimum habebant dona sibi invicem mittebant: Sanguine eodem die abstinebant, ne eum diem, quem ipsi acceperant, aliis demerent. Munus etiam universario Genio solvebant. Rosing l. 2. Antiq.

55. Vulcano non arriserunt Parentes[?]: solebant enim Pueris arridere, inde, nec Jupiter illum est mensa dignatus, nec Cubili. Varro.

56. Parcæ colebantur inter Natales, ne stamen vitæ cito abrumperent, & ut candidi & aurei velleris horas, hoc est felices nerent. dictæ sunt à parcendo quia nemini parcunt.

57. Brachmanes edito Infante faciebant consilium, & ex membris judicabant cujus esset indolis, & si ea placebat, dabatur disciplinis informanda, sin minus occidebatur. Alex. ab Alex. lib. 2do.

58. Pueri quamprimum cum lacte trans ferebant, consecrabant Deabus Educæ, Potinæ, & Cubæ: scilicet edendi, bibendi, dormiendi. Varro.

Eruditores

Eruditiones Orationibus in Recursu - Natalis Diei Ser. Inientes.

1. Thales interrogatus quisnam felix esset? Respondit: qui corpore sanus est, animo vero eruditus. Laer. l. 1.

2. Gorgias interrogatus, quonam usus genere victus, in Summam Senectutem pervenisset? respondit: nihil voluptatis gratia faciendo. Stob.

3. Democritus vitam sine festivitatibus, dicebat esse longam viam sine diversoriis. Idem.

4. Philosophus quidam interrogatus quid esset hominis vita, cum primum se ostendisset, mox abscondit. Rudol. etgrico.

5. Apollonius homini fortunate omnem vitam brevem esse dicebat. Stobaeo.

6. Zeno nihil magis deesse hominibus quam tempus asserebat. Laert.

7. Ad Antistenem graviter decumbentem Diogenes occultata Sicca ingressus est, ad quem cum Antistenes dixisset, quis me his doloribus liberabit? Diogenes repente depromptu Sicca hoc inquit: At ille doloribus dixi, non vita. Adeo etiam gravis vita chara est. Laert.

8. Theophrastus moriens naturam accusabat, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam, hominibus brevem dedisset.

9. Mæcenas summus Augusti amicus, adeo vitæ conservandæ studio

sus

sus ..., ut in ore continuo haberet omnia sustinenda dummodo vivam qua de re leguntur hi ejus versiculi: Debilem facito manu, debilem pede, coxa, tuber adstrue gibberum, lubricos quate dentes. Vita dum superest, bene est.

10. Vespasianus moriturus Coelum aspexit, questusque est sibi immerenti vitam eripi, cum nullum per totam vitam extaret factum, cujus poeniteret, uno duntaxat excepto, idque quale fuerit non constat. Sueton.

11. Antonius Pius Imperator ad valetudinem conservandam hau[stum] ex gemmis qui novem millionibus constaret sumpsit. Euseb.

12. In Hibernia Insula quadam homines omnium morborum expertes vivunt, naturali calore deficiente gustato cujusdam arboris fructu reviviscunt. Orosius.

Eruditiones Orationibus Gratulatoriis Novi Anni servientes.

... Varii varie Annum metiebantur, Apud Graecos annus constabat quatuor mensibus, apud quosdam ex Barbaris tribus: apud Arcades interdum uno mense, interdum quatuor constabat. Alijs aetas unum Annum, hyems alterum conficiebat. Ab Aegyptiis picto Dracone recurvo, qui inse reflexus caudam ore comprehenderet

exprimebat

Exprimebatur. Alex. ab Alex.

2. Annus alter dictus Lunaris qui est dierum 30. alter Solaris qui So,, li consecrabatur. Idem dicitur Annus parvus, alter verò Annus magnus, se,, u Annus mundanus, quando omnia sidera unde egressa sunt redibunt & suis originibus restituentur, quod mathematici futurum volunt post duodecim millia nongentos quinq ua,, ginta quatuor annos, alij autem post 15 millia annorum. Idem.

3. Ægipcii ad annum significan,, dum palmam pingunt, quod hæc ar,, bor sola ex omnibus ad singulos Lu,, næ ortus, singulos etiam ramos pro,, ducat, ita ut duodecim ramorum pro,, dutione annus expleatur. Honub. Et præterea addit Pierius, quod pal,, ma referente Plutarcho, trecentas sexaginta utilitates mortalibus conferat, quot sunt dies in anno, sub,, ductis intercalaribus diebus.

4. Nabatei in Exordio novi an,, ni faces igni novo succensas mutuo deferebant. Herodotus.

5. Lydi aquilas aureas mitte,, bant hoc cum lemmate: Primævæ Has ætatis primæva virtus, primæ,, ua felicitas currat & recurrat. Plut.

6. Initio Novi Anni novus ignis in aris vestalibus accendebatur, lau,, reis viridibusq. immutares. fasces dederq. Regis sacrorum flaminum ornabant. Hod matronæ servis suis cœnas apponebant,

Unde,

[illegible] natoralia Alex. ab Alex.

7\. Antiqui [illegible]
terebant [illegible]
scriptio aureis literis: [illegible]
piam monumentum: [illegible]
pibus columbam, ut e[illegible]
& sine fraude, [illegible] familiam [illegible]
micam, ut essent laboriosi. Philosop.

8\. Anni initium apud antiquos
varium erat. Hebraei [illegible] vere,
no, [illegible] Aegypti [illegible]
mno initium anni faciebant: variabant
& in ratione mensium; singulis
tem menses diis dominis dica-
erant: Januarius Junoni, [illegible]
[illegible], Martius Minervae, Aprilis
Veneri, Maius Apollini, Junius Mer-
curio, Jovi Julius, Augustus Cereri, [illegible]
[illegible] September, Marti November, [illegible]
[illegible], December. Alexander ab Alex.

9\. Sabatei? [illegible] gratulabantur,
novum annum offerentes [illegible]
[illegible]. Inscriptio prima
erat: vive aeternum. Inscriptio secunda
[illegible]: Diis, [illegible], Patriae.

10\. [illegible] etiam [illegible]
[illegible] Deus [illegible]
[illegible] nomina [illegible]
[illegible] September & Junius
[illegible] nomine appellati. [illegible]
[illegible], [illegible], Neroneus, [illegible]
[illegible] Augustum & Julium [illegible]
[illegible] & Julio [illegible] consecravit. [illegible]
[illegible] Antonio Imperatore pro [illegible]
commodum [illegible] Septembri [illegible]

pro Octobri

pro Octobri invictum, pro Novembri
Exuperatorium, pro Decembri ama„
zonium assentatores appellabant.
Ab Atheniensibus quoque sancitum,
ut prima et ultima cujusvis mensis
dies, Demetrii nomine appellaretur.
11. Rigardus in moribus genti„
um ait, quod in Sarmatia Indiae,
cum novos hospites in amicitiae fœ„
dus suscipiunt, ad declarandum a„
morem mutuum sibi ipsis sangui„
nem, lingua manu, latere, aliisque cor„
poris partibus mittunt, tum il„
lum demum veram amicitiam putantes,
cum sanguine eam testati fuerint.
Applica his in cunabulis novi an„
ni non melius declarari posse amo„
rem quam sanguine Jesu Christi,
a cujus circumcisione annum inchoamus.
12. Antiqui pingebant ad ex„
primendam veram amicitiam
cor humanum in circulo, cum flam„
mea lingua supra cornucopiam.
Inscriptio hæc erat: Fausta et
prospera omnia. Applica post
peractum anni curriculum seu
circulum corde et lingua gratula„
ri te fausta et prospera omnia.
13. Fridericus Dux Juliacen„
sis pinxit palmam, in qua vide„
bantur corda plurima. Inscri„
ptio hæc fuerat: Hic murus a„
heneus. Typotius in Symbolis. Appli„
ca studio amicitiæ ejus cui gratularis.

Eruditio:

Eruditiones Orationibus Salutatoriis Servientes.

1. Apud Hebraeos cæterasque gentes mos viguit, ut ingredientibus viris insignibus urbem cum Lampadibus obviam prodirent: Ita Antiochus Rex ab Jerosolimitanis exceptus.

2. Duci Holopherni universæ urbes Syriæ, et Mesopotamiæ cum [illegible] [illegible], atque Lampadibus obviam processere. Judith lib. 3tio.

3. Magnum Pompeium cum [illegible] Hierosolimam ingredientem [illegible] sertis ornati cum Lampadibus exceperunt.

4. Julius Cæsar cum triumphans Capitolium ascenderet, adeo sollemniter est Exceptus, ut cum quadraginta Elephantis lumina gerentibus [illegible]. Suetonius.

5. Antonius Triumvir arcem ingrediens Athenarum, [illegible] [illegible] fulgentibus est [illegible]. [illegible] Idem dicit in [illegible] [illegible] adventu odores [illegible] accendi solitos.

6. Plato [illegible] Olimpia descendisset, omnes videndi illum relictis ludis concurrerunt, tanquam divinum hominem venerantes. Laert. lib. 3tio. Idem Empidocli factum est.

7. Quanis Philosophi ea fuit ob [illegible] [illegible] authoritas [illegible] [illegible] moraretur, [illegible] [illegible]

Urbis

Urbis depasuerint.

8. Cyprorum Reges summum habuere spectaculum, quem quatuor columbæ suavissimis unguentis delibutæ circumvolantes ventilabant. Applica id humanitati & benevolentiæ magnatis illius quem salutas.

9. Platoni Syracusas venienti Dionisius Tyrannus navim auream obviam misit, e navi autem excedentem quadrigis ipse excepit, & aurigam ejus egit, summam illius sapientiam hoc cultu dignam ratus.

10. Cnejo Pompejo ex morbo recreato, & Romam Neapoli venienti tota fere civitas cum palmis obviam processit.

11. Cnajus Julius Cæsar cum ab aliquo salutaretur, scintillas ex oculis projiciebat gaudens se salutari.

12. Alexander Magnus, à nemine volebat salutari, sed ab omnibus adorari, ut ait Justinus lib. 12do.

13. Scipio Africanus tantum nomen sibi comparaverat, ut prædones quidam ad eum salutandum venirent, felicesque se quod eum potuerint videre iudicando, manus ejus deosculati sunt, & dona quæ Dijs offerri solent in vestibulo reliquerunt.

14. Apud Romanos matutina salutatio absolvebatur verbo Ave, vespertina vero verbo Salve.

15. Ad salutationem affabilem multum pertinebat nomine suo quemq

Salutare

salutare. Quare et Romani deduce,
bant secum Nomenclatores, qui no,
16. mina civium suggererent. Alex. ab Alex.
Dei non proprio seu effigii
nomine aut muneris salutabant.
Idem Libro secundo.
17. Qui tamen praecipua dig,
nitate fulgerent illos propriis no,
minibus salutare consueverunt. ibid.
18. Dii salutabantur aperto Capi,
te tecto excepto Saturno. Secunde
et imperatores. Aliqui ut Caligula Di,
ocletianus, qui Divinos honores affe,
ctarunt, iis e capite cautari vo,
lebant, salutabantur etiam dextera
osculo, et coronis circumactione, quod
etiam Imperatoribus quibusdam fa,
ctitatum fuisse ab adulatoribus te,
stis est. Suetonius.
19. Fiebant etiam salutationes
manuum apprehensione. Unde Cicero
in Dejotaro, per dexteram te istam
oro quam hospes hospiti porrexisti.
20. Genua etiam osculabantur
et frontem tangebant, quod genua sint
sacra clementiae, frons autem maiestati.
21. Alexander Macedo solitus fuit
omni Atheniensium qui inscribere ep,
pistolae solebat Chere, idest latino
22. Idiomate salve. Elianus.
Romani milites ex castris
more victrices Imperatorum manus
23. deosculabantur. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19.
Qui Divum historicorum Romanorum
antiquissimum nobilissimumque Scriptorem

videren&

viderent, a Padibus usq quidam Romam venerunt. Ambebant, inquit Fulgosus lib. 2do, ex aspectu vestium Romanorum frugalitatem, fidem, sinceritatemq melius se quam ex Statuis aut Ædificiorum magnitudine comprehensuros.

24. Ismenias Thebanus Legatus ad Persas ne Regem adoraret, annulum volens dejecit, eumq suscepturus flexit. Applica te non ficte sed sincere venerationem alicui praestare.

25. Franciscus Sfortia Princeps Mediolanensis cum inter hostes aperto Capite perlatus esset, tanta eos majestate perculit ut confestim ex ipso vultus aspectu humi procumberent, eumq genu flexi adorarent, ac demum osculatis manibus Patrem militum, & novum Martem consalutarent. Fulgosus.

26. Petrus Laurentij Celsi Venetorum Ducis Pater, nunquam æquo animo adire filium poterat, quod senex ad novum Exemplum cogeretur, ut aperto capite filium salutaret, quo animadverso filius prudenter excogitavit ut pileo crux aurea imponeretur, quam visum Pater non ignavæ salutaret. Egnatius lib. 9. cap. 11.

27. Non solum Cives Romani ingredientes Imperatores post bellum acclamationibus salutabant, sed & aves edocebant, ut hæc duo Verba Salve Impe-

rator

retor; distincte possent pronuntiare tantam.

18. Ammon Statuam in Aegypto fabricavit super montis culmine, quae intus instrumenta musica habuit eo artificio composita, ut quotidie Sol oriens, cum per Ejus Statuae os radios immitteret, instrumentaq attingeret, statim elegans melodia audiretur exire de Statua, qua et Sol oriens salutabatur semper et prope habitantes de Praesentia Solis exhilarabantur. Strabo.

Eruditiones Orationibus Gratulatoriis Dignitatis Servientes.

1. Apud Romanos Templum honoris penes Templum Virtutis erat, nec potuit Templum honoris intrari, quin prius Virtutis penetraresunt. Lex.

2. In Civitate Pelusonei fuit Templum honoris, in quo Statua ejusdem ostendebat manu Sinistra orbem ex Saphiro, plenum Coronis Regiis, Sceptris, Clavis, et aliis dignitatum insignibus; dextera vero Statuam virtutis ejus, collumam gestabat, aureo torque cingatam, a quo hae literae unum tusae dependebant, Tibi uni et Soli: supple, militat honor. Hegesippus.

3. Quidam Philosophus interrogatus quid interesset inter Principem et Populum respondit: quid inter unum et omnia; Omnes enim subditi

Principem

Principem unum spectant, unus au,
tem Princeps omnibus mores & le,
ges praescribit. Frison.

4\. ... Arcadii in Regum Thronis posuere Fortunam auream, quae dextra diademma Regium cum Sole, Sinistra Spheram Orbis cum Lilio te, nebat. Significare volebant Eum qui in dignitate esset debere ut Solem lucere, ut aurum Rempublicam ditare, ut Lilium bonis moribus bonos odores spargere. Cardanus.

5\. ... Cum Pyrrhum ob praeclara ge, sta milites aquilam vocarent; per vos inquit, aquila sum, qui vestris armis veluti pennis sublevor. Plutar.

6\. ... Aristoteles praecipuam dicebat esse dignitatem non fungi hono, ribus, sed ab aliis honore dignum judicari.

7\. ... Alphonsus Arragonum Rex dicebat nos qui aliis praesunt, tanto privatis hominibus meliores esse de, bere, quanto honoribus alios praecel, lerent. Panormitanus.

8\. Idem Rex dicere solebat Bonus est Princeps qui Subditos suos habet in capite: melior qui in Corde, pessimus qui in ventre. Idem.

9\. ... Episcopis suis quaedam natio, nes ingressum gratulantes, ex aureis literis componebant & offerebant illas duas voces: Bonus Pastor. Alii flores aureos: Ambrosio suo Medi, olanenses apiculam et stellam auream. Epitome.

Cum Regi

Cum Regi cuidam recens co-
ronato Angliae cives gratularentur,
offerebant ei primo: aureum lilium
& gladium cum lemmate: Et pace &
bello tui. Secundo offerebant lances
aureas cum lemmate: Tu unus pro
omnibus. Tertio claves aureas
cum lemmate: Venimus intrare & e-
xire, & numquam tardi. Quarto offere-
bant ei filios suos & pueros acclaman-
do: Tu Patrum & Filiorum & Nepo-
tum Rex esto. Quinto faciebant
sertum ex tot flosculis quot Urbes
erant in Anglia, & coronantes Regem
clamabant: Regno coronaris, vive.

11. Cum ad aliquam venis-
ses Civitatem de triplici Ri quaerebat
qualis esset, hoc est, qualis esset Consul,
Praetor, Pastor. Putabat enim omnia
salva esse, si hi qui eminerent, Sancti
& boni essent. Nam mobile semper
mutatur cum Principe vulgus. Pierius.

12. Aegyptii in sui gratulandum por-
rigebant Principi sceptrum, quod in
imo habuit [illegible] Hippopotami, quod
animal est immite, in summo
autem Ciconiae caput avis benignis-
simae; ut innuerent Principem debere
esse ferum malis, bonis mitem.

13. [illegible] Aegyptii eosdem hieroglyphicis
quis antiquitus Principem eligendi,
eius honorem gratulandi. In [illegible]
tis ubi Coronandus erat Princeps, quaere-
batur ex eo Estne pius? Ille tunc

manus

manus in Cœlum tendebat. Secun-
do quærebatur: Estne justus? & tunc
ille frameam eductam cervici propri-
æ applicabat. Tertio quærebatur: Est-
ne liberalis? Et tunc ille aurum ar-
gentumq in vulgus spargebat. Quarto:
Estne laboriosus? Et tunc stivam
à rustico oblatam ad aulam instar
ovantis deferebat. Ad aulam vero ap-
propinquanti occurrebant Juvenes
cum ornamentis & Insignibus Regiis.
Post ingressum autem illius in aulam
prodibant centum Juvenes cum cultris
erectis, & prospectante Rege è Palatio,
in cultros irruebat dicendo: Morimur
ut vivas. Sabellicus.

14. De Agathocle, qui ex figulo Rex erat factus refertur, quod singulis annis suis Senatoribus gratulantibus sibi, ollulas à se factas distribuerit, in quibus hæc inscriptio fuit: Vilis labor honor Regum.

15. Apud Indos veteres pridie coronationis, Juventus in Campum effusa expeditis arcubus nummum in sublime projectum ita configebat ut tota die non decideret. Postridie vero totum numisma confossum, gratulabunda offerebat Regi, dicendo: Forma Rempublicam sicut pecuniam. Porro Regum Indiæ munus erat, monetam cudere, in qua hæc Inscriptio fuit: Regis opus Regis munus. Ericius.

16. Apud Indos olim mos fuit,

ut Princeps

ut Princeps electus, ad huc ante Coronationem per Provincias & Urbes imaginem suam mitteret: quam cum summa reverentia suscipientes ubiq exponebant, & dulci cantu, atq ultimatimonibus adgratulabantur dicendo: Vivat Rex Sydonius.

17\. Mateleres ultimo Regi suo Perseo gratulantes auream fortunae statuam obtulerunt dicendo. Rex ... vitam, nos fortunam. Politianus in Miscellan.

18\. Daeziani anniversarium Regi suo gratulantes natalem, cupressum mortalitatis signum succidebant: cedros vero & myrtos immortalitatis symbola radiis solaribus exponebant, clamando: Quanti vitales Regibus ignes. Epist.

19\. Alphonso Regi Castellae, cum gratulabundus populus aclamaret juxta morem, Vivat Rex. Ipse advices singulas respondebat, Vivat Lex vivat Rex. Vivit Lex per attentam sedulitatem vivit Rex per Providentiam Regis. Laden in Symb.

20\. Vladislaus Ungariae & Bohemiae Rex in symbolo habuit obeliscum in cujus fastigio Corona aurea erat posita, ad quam homo alatus enitebatur lemmate: Vel sic enitar. Tipotius.

21\. Eduardus Marchio habuit in symbolo laurum juxta amnem profluentem: desuper e vero nubibus ... laurus urebatur, cum lemmate:

Nonaliter

Non aliter. significatur neminem posse aurum mereri, nisi virtute sola illustris sit, & astum fatiga„tionis sustineat.

22. Egipcii hominem in Ma„gistratu collocatum sic exprime„bant. ... in cujus dextra sol, in sinistra horologium. Hinc Caelius Rodig. inquit: esto horologium: ad quod se tota vita dirigat, esto sol exemplo & moribus praelucens. Rodig in l. 15.

.a. Romani ante magistratum faces ardentes praeferebant, ut innu„erent magistratum virtute debere praelucere. Rosinus.

24. Joannes Rex primus An„gliae, ut virtutem exprimeret qua o„mnibus praeluxit montem Aetnam pinxit eructantem flammas, cum lemmate: Praelucemus. Tipotius.

25 Alphonsus Rex Arragonum in Symbolo habuit lumen ardens cum lemmate: Aliis servio, mihi Con„sumor. Binet.

.6. Ludovicus XI Rex Galliae, ha„buit in Symbolo Pelicanum revocan„tem ad vitam sanguine proprio pul„los emortuos Lemma: Sanguis meus estis, vivite. Annales Franc.

7. Ambrosius Pigapheta in Co„ronatione Urbani V Canem instru„xit, qui occurreret Pontifici, & se ve„dibus ejus supponens ululatum ede„ret per syllabam u vel ur, tunc dixit Pigapheta. Vive Pontifex. Te Pontifice

Canes

canes in oves convertentur, tuumq nomen, in non exprimendo, certe in-
choando celebrare comburendo. Platina.

Ad Honorii Cæsaris inau-
gurationem in cælis melodia audita
est, visa stella motu quodam se-
duli saltu commoveri. Claudianus.

[illegible] decebat eos qui Repu-
blicae præsunt duo Præcepta Plato-
nis [illegible] libere observare.
Primum ut quidq id [illegible] ad eam
referant oblit[illegible] commodorum suo-
rum. Alterum ut totum Corpus Rei-
publicæ curent.

O. Candidus Tridenticus Dux Olivi-
acensis & Placentis pinxit Solem
curru quadrijugo vectum, cui adstat
Mercurius tenens manu Caduceum
in cujus fastigio insidet Columba
& à genio advolante accipit coronam
cum Inscriptione: [illegible] meritis digne
ad sidera tollit.

Dux Burgundiæ pinxit ve-
llus arietis aureum cum hac Inscriptione:
Pretium non vile laborum.

Leopoldus Dux Austriæ [illegible]
pinxit Catharactas aquarum scopu-
lis diffluentes è quibus eminet Ma-
nus [illegible] per terram infixus, infra ve-
ro [illegible] cumulatas hastarum cam-
bis [illegible] vexillo exornata, cum
Lemmate: Nihil virtuti invium [illegible]

Ferdinandus [illegible] dux [illegible]

navim

navim pinxit cum velis consignatam & expositam tribus ventis, cum hac Inscrip: Resistunt firmata. Innuens felicem esse Rempublicam sub Principe forti.

Alphonsus Rex Aragoniæ dicebat eos qui aliis præsunt, tanto privatis hominibus meliores esse quanto honoribus illis præcellerent. Panorm.

Cardinalis à Lotaringia derinxit lampadem cum hac inscrip: Lux publica.

Eruditiones Orationibus Gratulatoriis Victoriæ Servientes.

1. Epaminondas Conspecto ingenti Exercitu, qui Duce carebat bono: O quam magna inquit bellua, sed sine Capite! Stobæus.

2. Pausanias quærenti cuidam, quomodo de Thracibus victoria comparari posset. Si inquit qui optimus est in belli Ducem eligatur. Plut.

3. Agesilaus quæsitus quid Ducem belli præcipue exornaret, respondit: adversus hostes audacia & in ordita opportunitate ratio & consilium.

4. Numantini à Scipione in fugam versi cum castigarentur à suis quod totties victos fugissent, respondit quidam: Pecus equidem nunc etiam idem est sed mutatus est pastor. Innuens æque fortem nunc esse Exercitum,

sed Ducem

sei Ducem debilem. Brizonius.

Alphonsus Aragoniae Rex non tam quod hostes vinceret glori- ari solebat, quam quod didicisset a- micis consulere. Illud enim fortunae do- num esse, hoc vero semper suum. Panormit. lib. 2do.

6. Julius Caesar a Pompejo ali- quando victus, cum victor hostes non persequeretur, dixit: hodie penes hostes erat victoria, sed non habent Ducem, qui victoria [illegible]. Plutar.

7. Fridericus Imperator debel- latis in Hungaria hostibus, dixit ad suos: magnum opus actum est milites, nunc autem majus restat, ut scilicet vincamus nosmetipsos, atque avaritiae, [illegible] ulciscendi cupidita- ti frenos imponamus. Aeneas Sylvius.

8. Alexander Audenti Parme- nioni ut noctu Darium invaderet respondit: malo me fortunae poe- niteat quam victoriae pudeat. Curt. in [illegible] turari.

9. Julius Caesar devictis hostibus hoc sibi scripsit Encomium, Veni, vidi, vici. Et Carolus Imperator dixit Veni, vidi, vicit autem Christus. Phil. Camer.

10. Timoleon Corinthius cum in templo Delphico Apollinem de victo- ria consuleret, Corona quae inter do- naria pendebat in caput illius tam- quam ipse decidit, ac si manu imponeretur, quod omen victoriae fuit. Fulgos. lib. 2do.

Caesar

Cæsar I cum in Africam excedens corruisset, omen in melius vertens exclamavit: Teneo te Africa. Sabell. lib. 9. 10.

11. Alexander magnus cum obsideret Tyrum, videbatur sibi videre Herculem à Tyriis maxime cultum, qui sibi è muro manum porrigebat. Unde omen victoriæ cepit & vicit. Idem.

12. Primo Bello adversus Marium Sylla vidit à Pallade sibi fulmen dari; moneri que ut eo telo hostes feriret: Marium igitur igne & ferro Patria expulit. Idem deinde contra Marii filium pugnaturus, vidit Marium Patrem monere filium ne postridie cum Sylla contingeret, eo quod illa dies sibi infausta fuisset. Plutarchus.

13. Judas Machabæus antequam contigeret cum Nicanore Regis Syriæ Duce vidit in somniis Oniam pro se orare, & quod Jeremias Propheta gladium sibi aureum contra hostes porrigeret. Id.

14. Apud Celtiberos aquæ scypho ante Ducem belli portabatur, qui vocabatur poculum fortunæ. Si ergo aliquid aquæ casu effunderetur, pro malo omine id fuit interpretatum; quod si ex inadvertentia scyphus è manu decidisset, desperabant omnino & se hostibus ultro subiiciebant. Theophrastus.

15. Mithridates Rex Ponti devicto à Pompejo sic se solabatur: Omnis enim hominum adversa fortuna cujus autor Pompeius est tolerabilis est; nec enim

turpe

turpe est ab eo vinci quem vincere est
nefas: neq inhonestum ei se Sub,
mittere quem fortuna supra omnes
extulit. Paterculus.

16. Carolus V Rex Hispaniae
occupatis castris Ducis Brunsvicen,
sis & miles ejus statim etiam sa,
rcina diripuit: cecidit Dux ad pedes
Regis, [illegible] habenet ve,
niam [illegible] [illegible]; aliam relin,
queret militibus & aliam supellecti,
lem [illegible] Carolus [illegible]
Ejus castra. Hoc est, qui castra acce,
pit, omnia potest radere & [illegible].
Camerar. lib. 5to.

[illegible] Alphonsus Rex Castellae dice,
bat: Probos milites gemina manda,
mata fortis & justa: traditque serva,
candum perfida pia strenua. Aven,
tinus lib. 5to Ann.

18. Iphicrates Dux Atheniensium
dicere solebat: formidabile exercitum esse
ovium, Duce Leone: quam exercitum
leonum Duce Cervo. Martl.

1. Carolus [illegible] Burgund. Rex [illegible],
[illegible] bellum movit [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] bellum
[illegible] [illegible] denuo cum
[illegible] exercitu venit sed iterum victo,
[illegible] vidit [illegible] illi eruti
[illegible] in [illegible] aurem ha,
[illegible] impretio [illegible]
clementia perdidit perfidia. [illegible].

Apud

20. Apud Cimbros contra hostes fidos quatuor Cohortes educebantur. Prima erat Puerorum, secunda Iuvenum, tertia Virorum, quarta senum. Sed omnibus tres tantum spectabant praelium. Quarta autem cohors pugnabat. Putabant enim debiles vires sufficere ad hoc ut perfidi vincerentur. Nam perfidia describitur a Belluvideo Enervis est. Politia. lib. 5to.

21. Normantici Tulliam urbem obsederant & jam occupaverant armamentarium. Inaudivit hoc Rex Philippus & ad turbatos Cives scripsit: Ne timueritis mox aderit vobis dextera magnetica. Venit & castra metatus, supra castra magnetem in monte posuit: & ecce gladius cujusdam Normantici per aera ad magnetem volat: quod videntes adversarii consternati, se suaq omnia Philippo dediderunt. Retulit tunc Philippus hoc elogium: Philippus Rex utitur in bello dextera magnetica, in pace aurea. erat quippe liberalis, Patriisq in Patria.

22. Cheronenses habuerunt aureum Sceptrum instar hastae, innovatum Pelopi, quod hanc praerogativam habuit, ut quoties exercitus tumultuaretur, Rex solo Sceptri attactu tumultum sedaret, si victa pars fureret, & discordaret elevatione Sceptri concordiam faciebat; cum deficit

Pecunia.

Pecuniam dono sibi oblatam usuram materiam ... acceptam in annum ... Pausanias in ...

Eruditiones Orationibus Peritoriis Dignitates & Beneficia Venientes

Psemid cum Divitias jactaret coram legatis exterorum, legatus Egipciorum quaesiit, quis Thesaurus omnium utilissimus esset? cui Rex respondit: Liberalitatis Thesaurus praecedit auri gemmarumque thesaurum. Plut.

Jacobus II Arragoniae Rex Cervum alatam pinxit cum Cornibus aureis Inscriptio: Tauro et celeritate. Innuebat Principes debere esse liberales in dando, et celeres in agendo. Dionicius.

Aurelianus Imperator cum a quis quaereret, quomodo Imperium bene regi posset, respondit, quidam, ... liberalitate, seu manu liberali et forti. Zonaras.

Ptolomaeus Rex incredibiliter delectabatur, ut ... videret, et ... solebat: magis esse Regium ditare, quam ditescere. Coker.

Alexander M. disputantibus ... Philosophos de felicitate, rogatus sententiam dixit: Nihil beatius esse, quam donis ... Cornu[?]bus ... ... natura

videri totum esse quod nulli cede-
ret in beneficiis. Idem.

6. Indorum Rex [illegible] oc-
currens Alexandro M. dixit: [illegible]
te, non ad pugnam, nec ad bellum, sed
ad aliud certaminis genus: si inferio-
res a nobis beneficia accipe; si supe-
rior nobis benefacito: [illegible] ab [illegible]
[illegible] Regnum obtinuit. Plutar.

7. [illegible] Imperator electo
[illegible] vidit se non [illegible] gratulari
dixit, quum quod [illegible] consecu-
disset, ex quo omnibus benefaciendi
facultas daretur. Dion.

8. Dionysius Siculorum Rex
in filium ingressus cum magnam vim
vasorum argenti in mensa vidisset:
Ait: Fili non est in te Regius animus
qui his omnibus neminem tibi amicum
fecisti. Plutar.

9. Cimon Atheniensium Prin-
ceps adeo ad dandum promptus fuit
ut praedia, quae pluribus in locis ha-
bebat, sine custode habuerit, ne quis
ita impediretur, qui vellet suis bonis
frui. Illum etiam euntem semper fa-
muli cum nummis sequebantur, ut si
quis ejus ope indigeret, statim habe-
ret quod daret. Plutar.

10. Epictetus monet: sicut Sol
preces et incantamenta non expectat
ut oriatur, sed sponte lucet et ab omni-
bus salutatur, sic tu etiam plausus ex-
specta nec laudes ut benefacias, sed

sponte

sponte senescat, et pariter ut Sol omni-
um seriis gratus. [illegible]

Theodosii Imperatoris [illegible]
certa [illegible] beneficia ut dum [illegible]
ce[illegible] [illegible]erentur, cum Oporteret [illegible]
cab. in Panez.

12\. Maximilianus I. moritura
[illegible]: Christiani [illegible] Excepta[illegible]
necessitatibus [illegible] necessitatem
[illegible]

13\. S. Thomas [illegible] Doctor [illegible]
[illegible] ad Franciscum I. Galliae Re-
gem liberalem nimis [illegible]
lemni ejus inauguratione [illegible]
[illegible] minus eum [illegible] ha-
bere dixit. S. Francisci manibus hoc
est Stigmata habere eum in manibus
seu terebratas manus, per quas om-
nia effluant, et ideo timendum ne
Regnum ad paupertatem [illegible]
num reduceret. [illegible]

14\. [illegible]
[illegible] Elogium [illegible]
nunquam [illegible], qui aliquid [illegible]
[illegible] facere [illegible]
[illegible]

15\. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] nemo [illegible] aut
tranquillius imperavit [illegible]

16\. [illegible] Ludovicus [illegible] pau-
peres habuit qui cum ubiq[ue] [illegible]

Eodem

et eodem quo ipse victu sustenta-
bantur: diebus vero Quadragesimæ
nunquam [illegible] [illegible]abat. Idem.

17\. Ludovicus XI Rex [illegible] ceterorum
ob diversitatem [illegible] [illegible]
cognomentum accepit ut Pater Pau-
perum vocaretur et hunc titulum
inter alios charissimum habuit. Idem.

18\. Archelaus Macedonum Rex
cum a se poculum aureum quidam
peteret, [illegible] ministri illud
Euripidi tradere jubet petentem intuitus, in-
quit: Tu quidem dignus eras qui pete-
res et non acciperes: hic vero dignus
est qui accipiat et non petat. Plut.

19\. Alexander M. quæsitus ubi-
nam suos thesauros haberet, amicos
ostendens inquit: hi liberalitatis me-
æ scrinia sunt.

20\. Alexander Severus Impera-
tor amicorum nomina, quibus ali-
quid tribuerit, scripta habuit:
qui nihil aut parum petiissent
eos appellabat inquiens: Quid est
cur nihil petis? num me tibi vis fie-
ri debitorem? pete, ne privatus de me
queraris.

21\. Agapetus Justiniano Im-
peratori sic scripsit: Vestimentum
non veterascens est beneficentiæ ami-
ctus et incorrupta stola erga paupe-
res. Eum igitur qui pie regnare vult
[illegible] [illegible] [illegible] studi-
o animum oportet exornare, amoris
enim in egenos qui indutus est purpu-
ram.

rani Celestis quoq candidatus est Re„
gni. Coheaus.

22. Carolus V Imperator ut per variam provinciam sibi reconciliares misis ac nobilem, eiq plures chartas puras et a Scriptura vacuas dedit, & eo nomine suo Imperatorio notatis, eo consilio, ut quisquis ministerium aut munus aliquod peteret, jam impetraret illud, si in hac Charta scriptum, hoc conscripsisset. Drexel.

23. Mercurialis ea conditione sanabat gratis plurimos ut quicunque ab eo accepta eius se clientes esse ab eo sanitatem acceptam faterentur ubiq. Plut.

24. Alexander gloriatus sibi a natura datum, ut nulli cederet beneficiis. in Celius.

25. De Constantino M. ait Baronius, qua quasi sol neminem præteribat, verum in Omnes radios liberalitatis suæ diffundebat.

26. Titus Vespasianus dicere solebat non licere quemquam tristem a vultu Imperatoris discedere.

27. Idem quo die nullum beneficium fecisset, dicere solebat: amicitiam perdidimus. Svetonius.

28. Pythagoras sic homines Deo similes esse dicebat, si veritatem amplecterentur, & aliis benefacerent. Ælianus lib. 12do.

29. Lysippus Cafsigenus dicebat se quorundam judicium malle, quam

beneficium

beneficium, quorundam beneficium quam judicium. Seneca.

30. Socrati cum multi multa offerrent, Aeschines autem nihil haberet, quod offerret, dixit: nihil tibi dignum habeo, quod dare possim. Atque do tibi quod unum habeo id est me ipsum. cui Socrates: accipio, inquit, hoc munus, et curabo ut te meliorem reddam, quam accipio.

31. Diogenes quibusdam benignitatem ejus praedicantibus qui Diogenem beneficio affecerat, respondit: quin et me laudatis, quia dignus fui ut acciperem. Laert. lib. 6.

32. Anacreon munus aureum oblatum à Policrate inter amicos divisit, inquiens: Odi munus quod me vigilare cogit. Maximus.

33. Socrates interrogatus quanam civitas recte gubernari potest? Respondit: cum boni invitantur praemiis, injusti autem tenentur poenis.

Eruditiones Orationibus Gratiarum actoriis Servientes.

1. Poetae [illegible] tres [illegible] xerunt, unam ob multas causas [illegible] tam ut meminerimus gratiam [illegible] ream [illegible] laudare, obsequi [illegible] Simulantur etiam juvenes [illegible]

[illegible] ibus

[illegible] quia vere [illegible] multo redeunt.
Ridentes; quia benefacientium vultus
hilares esse debent [illegible] quae [illegible]
[illegible], sancta [illegible] quia tria genera
beneficiorum [illegible]
dantium accipientium & reddentium simul.

In manu Delphici Apollinis
tres [illegible] videbantur quarum una [illegible]
[illegible] habe-
bat [illegible]
[illegible] beneficium [illegible]
[illegible] beneficium [illegible]
[illegible] compensari cele-
bratione. Pierius.

3\. [illegible] Rosa-
[illegible] qui [illegible] illa Scarabeum necat,
ita haec ingratitudinem.

4\. Alexander M. cuidam dono
dedit urbem qui invidiam fugiens di-
cebat. id non convenire fortunae suae,
cui Alexander: Non quid te decet,
at me [illegible] quid me dare. Sen. de Ben. l. 5.

5\. [illegible] quaesitus quinam
Regno esset utilissimum respondit:
[illegible] beneficiis. Plutar.

6\. [illegible] roganti cuidam ut
sibi [illegible] pro
eo [illegible] respondit: [illegible] do-
mi habeo [illegible] alteram [illegible]
[illegible] gratiarum
[illegible] demarcam aperio [illegible]
7\. alteram [illegible]
[illegible] dicebat. qui aquam [illegible]
[illegible] Romanorum, qui in festo Fontinalium,
solebant fontes coronis redimire. Varro.

[illegible]

8. Non erga homines tantum, sed erga belluas grati fuerunt Athenienses, nam lege sanxerunt, ut muli, qui egregie tum laboraverant, vinculis soluti libere pascerentur ad mortem. Hodie.

9. [illegible] proverbium est vulgare: etiam [illegible], non bono animo latum in detrimentum vertitur. Inver.

10. [illegible] Dux Romanus dum [illegible] rediret Pyramidem ibi [illegible] extruere voluerunt Filii; cumque ille rogasset ne facerent, illi cum tres potuissent Pugnatori Victori Triumphatori, hi etiam quartam contemptori [illegible] extruxerunt Epitem.

11. Agesilaus Rex, cum Apellem aegrotantem visitasset pulvinar sub[illegible]gere fingens decumbentis amici caute aurum supposuit non multo post Rex [illegible] discessum adveniens puer, amoto pulvinari, dum lectum sternere vellet, aurum reperiens exclamavit: Vide Domine quid in lectulo tuo reperierim. Apelles [illegible] ei innuens, dixit: hoc est furtum Regis. [illegible] intulit puer: Quid benignitate [illegible] voluit [illegible] Furtum dixit tunc Apelles: [illegible] quid Rex hoc mu[illegible] furtum est [illegible] perpetuo. [illegible] debitum [illegible] esse, [illegible] et [illegible] gloriosius [illegible] [illegible] depositum.

12. [illegible] beneficium ab homine [illegible] datum asperè. Pa.

[illegible]

nem lapidosum vocabat.

13. Alexander Magnus gloriari solebat, à nullo se venisse victum, sed Seneca dicit eum victum esse à Dio„gene paupere, inquiens: Quidni victus sit illo die, quo homo [illegible] mensuram [illegible] Diogenem [illegible] nec dare quidquam [illegible] nec accipere potuit.

14. [illegible] ingratitudo in Patriam. [illegible] ipse nominat hos: Coriolanum, Catilinam, Marium, Lucium, Syllam, Cneum, Pom„peium, [illegible] [illegible], et Marcum Antonium.

15. Ingratam esse Patriam in Ca„millum, in exilium pulsum, Scipionem dimissum, Ciceronem Urbe ejectum, Ru„tilium in Asiam pulsum, Catonem à consulatu et [illegible] ejectum.

16. Causam dicebat quidam apud Julium Caesarem, ejusdem causa et vete„ranus premebatur. Tum ille inquit: Meministi Imperator in Hispa„nia sub quadam arbore umbram spar„gente cum velles ferventissimo sole residere, et esset asperrimus locus quen„dam ex commilitonibus penulam sub„stravisse? Cum Caesar confessus id esset, dix„it: Imo memini, cum non possem [illegible] descendere ad fontem, et reptare manibus voluissem, commilitonem aquam mihi galeā porrexisse. Tum miles: cognoscis, Cae„sarne hanc galeam; aut militem? At Cae„sar [illegible] ille [illegible] inquit miles: Me„rito me non agnoscis, nam cum haec fa„cta sunt integer eram, postea in acie [illegible] oculus mihi [illegible] [illegible] galeam [illegible] vides, nam [illegible] [illegible] est.

Vocit.

movit beneficii recordatio Caesarem, et causam illi adjudicavit.

17. Tiberius Caesar inter initia Sermonis, dicenti cuidam, meministi ne antequam plura diceret, respondit. Non memini quid fuerim. Ingratae vox.

18. Marcus Antonius apud Rabirium Poetam exclamat. Hoc habeo quodcunque dedi.

19. P. Rutilius exilium passus, cum ei quidam diceret instare arma civilia, et brevi fore, ut omnes exules revertantur, Respondit: Quid tibi mali feci o homo, ut mihi pejorem reditum, quam Exitum optares. Malo ut Patria exilio meo erubescat, quam ut moereat. Adeo erga ingratam Patriam ingratus esse noluit.

Eruditiones de Judicio. et Magistratu.

1. Trajanus Imperator judicibus hoc Symbolum dabat, Fulmen super pulvillum cum lemmate: Lenitas severitas. Epitom. vat. hist.

2. Apud Aegyptios Judices gestabant in collo imaginem veritatis ex Saphiro, quae habebat Oculos clausos et plurimos ante se libros. Diod.

3. Cicero praeclare de veritatis imagine dicit. Ego Judicem non ex lapide exsculptam veritatem circumferre, sed in ipso corde defixam habere volo.

4. Celeberrimus ille in Germania furum domitor, sub quo catenae aureae in publicis viis intactae jacebant, supplicio

afficiendo

[illegible] in [illegible] annulos dona„
bat, dicere solitus [illegible] tuus [illegible]
dea sum. [illegible]

5\. [illegible] [illegible] secum
[illegible] qui patrati homicidii veniam
petteret; Rex [illegible] enormitatem perpen„
dens & quod jam tertio id Sceleris [illegible]
[illegible] veniam [illegible]
re, homicidii jam tertii [illegible]
[illegible]: Quid Domine ter„
[illegible] dumtaxat nam secun„
dum [illegible] donasses, [illegible] reliqua non
[illegible]

6\. [illegible] [illegible]
ceps justi [illegible] fuit, & nulli vel am„
[illegible] sanguine juncto parcebat. Dum
ergo de reis semel sumeretur sup[illegible]
cium quidam damnatorum proclama„
vit se Principis cognatum esse, parce„
ret sibi. Tum Rex inquit: cognato [illegible]
[illegible] ut honoratior ei sit locus sublimi„
orem [illegible] crucem. [illegible]

1\. [illegible] Ferdinandus Cæsar clemens
& justissimus, illud crebro in ore habe„
bat: fiat justitia, aut pereat mundus. [illegible]

2\. [illegible] Lacedæmonii centum [illegible]
[illegible] sellas in senatu habebant [illegible]
[illegible] Judices [illegible] sellæ vero ex ebore
[illegible] & seriis incumbebant,
[illegible] autem uno pede sellam tulii,
[illegible], & altero [illegible] projiciebant
[illegible] fuit: Cede Leo
[illegible]. Epitom.

Cleo [illegible]

9. Cleo Judex factus Reipub. convocatis amicis dixit: solvere se velle amicitiæ vincula; ne forte Cleo erga eos affectu ductus à justitiæ semita deflectat. Plutar.

10. Bernardus ad Eugenium recens Electum Pontificem scribens, sic ait: Simius in tecto & Rex fatuus in solio; æquè monstruosa res est: gradus summus & animus infimus; sedes prima, & vita ima; lingua magniloqua, & manus otiosa; sermo multus & fructus nullus; vultus gravis & actio levis; ingens authoritas, & nutans stabilitas.

11. S. Ambrosius de iis qui titulum cum dignitate suscipiunt sic dicit: actio congruat nomini, ne sit nomen inane, & crimen immane, honor sublimis, & vita deformis.

12. Zeno dicere est solitus: [illegible]lia & urbes decorandas esse non pretiosis ornamentis, sed [illegible].

13. Jacobus Almanso Africæ & Hispaniæ Rex Throno suo inscribi jussit hæc: Primo. Justitia tenet primum in Rege locum. Secundo. Charitas divitibus maximè convenit. Tertio. Patientia pauperum est propria. Quarto. Castitas est præcipuum senectutis ornamentum. Pompius. Ex alia parte erant hæc scripta: Rex sine justitia, est nubes sine pluvia. Dives sine charitate, est cibus sine sale. Pauper sine patientia, est alveus sine aqua. Juvenis sine castitate est lucerna

Sine

[illegible]

14. Mexicani quoties Regem novum inaugurant, toties postulant ab eo jusjurandum, quod justitiam sit administraturus, non oppressurus subditos, futurus in bello fortis ac strenuus, curaturus denique ut Sol cursum suum et splendorem retineat, nubes pluviam emittant, fluvii maneant aquis, et terra uberim fructus suos proferat. Putabant enim, quod si Rex probus esset, et ei obediret Sol, et tellus faecundior esset, atque totus orbis gratus fieret pro administrata recte populis Justitia. Sanchez. Sic Homerus.

Sunt percelebris Regis qui numina curat.
In multisque probisque viris, [illegible]
Ipsa illi tellus significans promota atque regna[illegible].
Fert fruges segetesque et pomis arbor onusta est.
Proveniunt pecudes et [illegible] litat mare pisces.

Ob rectum Imperium populi sub isto beata est. Unde et Boetius: Omnis bonis non tam de bonis fructibus quam de juste regnantibus existimandus est.

15. Aristippus rogatus, cur nollet Rempublicam regere, dixit: si male regerem, displicebo Diis, si bene hominibus. Juxta Poetae cujusdam sententiam: Qui sequeris Genium, damnaris, pessime vivis. [illegible] contraxit aut hominum.

16. [Epa]minondas per Invidiam [illegible] vilissimus quidam magistratus datus esset, suscepit munus, dicendo: Non solum magistratus [illegible]dit, ornatque virum, sed et vir magistratum.

Itaq

Itaq se gessit in magistratum illum honorabilem fecit ut a multis deinde ambiretur. Erasmus.

17. Archidamus quaesitus cur Spartanorum Respublica prae aliis floreret? respondit: Quia Spartani & imperare sciunt & parere. Plutar.

18. Agathon dicebat Magistratum tria debere meminisse, primum quod hominibus imperet, deinde quod secundum leges, tertio quod non semper imperabit. Stobaeus.

19. Alphonsus Magistratum Cotem appellare solebat, quia hominum ingenia probantur. Panormitanus.

20. Saturninus cum milites illi peplum Imperiale imposuissent, advocata concione, de seipso dixit: Commilitones bonum Ducem perdidistis & malum Principem fecistis. Erat hic militum Dux optimus, sed Imperator factus cum severus nimium esset ab iisdem militibus interemptus est. Trebell. Pollio.

21. Themistocles audiens quendam ambire magistratum, inquit: Si mihi duas ostenderitis vias, quarum una ad sepulchrum, altera ad tribunal duceret; multo libentius ingrederer eam, quae recta ad sepulchrum ducit. Elian.

22. Demosthenes dicebat si ex duobus alterum sit eligendum, citius se in Exilium iturum, quam ad suggestum aut tribunal: scire enim se quantum invidiae, calumniarum, ac periculorum ei exspectandum sit, qui ad gubernaculo accedit. Emon.

[illegible]

Seleucus frequenter dicebat: paucis notas esse Magistratuum magnas curas, alioquin neminem repertum iri qui Regum diadema humi projectum tolleret. Idem.

4. Antigonus cum Regium diadema et Purpuram accepisset dixisse fertur: O nobilem magis quam felicem pannum, quem si quis cognosceret quam multis curis periculisque et miseriis refertus sit, ne humi quidem jacentem tolleret. Stob.

5. Idem censuit oportere bonum civem a Magistratu discedere non ditiorem sed [illegible]. Idem.

6. Pythagoras dicebat primo luxuriam urbes ingredi, deinde saturitatem, postea contumeliam, postremo Exitium. Idem.

7. Trajanus Imperator cum Praefectum Praetorij ense accingeret, dixit: Cape hunc ensem, ut si juste imperavero pro me, si injuste contra me utere. Dion.

8. Caligula [illegible] cum in Imperatorem esset electus [illegible] in omnes licere. Reges vero [illegible] [illegible] minorem [illegible] relinquendi potestatem [illegible] relictam [illegible] privatis hominibus. Tranquillo.

9. [illegible] non [illegible] habuit. Cor punici Colonis.

in

in Campo candido: erecte dua spicæ prominebant, una a dextris aurea & loco aristarum radios solares habens cum lemmate: et luce et ardore. Altera vero spica a sinistris adamantina, habens Aristas eneas, cum lemmate: nec luce nec ardore. Prima spica pietatem notat fervore & luce boni exempli splendidam. Secunda magnanimitatem significat, quam nec ardor adversitatis nec lux prosperitatis potest evertere; tale cor habere debet quis, qui in dignitatem adoptatur. etc. Heinsius.

c 7. Ludovicus Sfortia ad Genuenses misit F. Archesium ut ab iis grande tributum exigeret. Genuenses, Legatum humaniter acceptum in hortum deducunt, herbamque illi Basilicam nomine, offerunt dicentes: cuipe hoc debilem hanc jam afflictæ Reipublicæ Symbolum, Thersam odorate: accepit ille & odorato dulcem odorem percepit fulserunt deinde ut notam praemeret ac conteeret tenuoque odoraretur: fecit & alterum sensit: Tunc Genuenses sic inquiunt: Clementer Princeps egerit, gratiam habebit apud omnes; si presserit nos & fiuerit, amaritudinem & molestiam sentiet. Guicciardinus.

c d. Pericles in Decem Atheniensium

um:

um electus frequenter sibi acclamabat postissimum mane dum indueretur: Attende o Pericles, attende, quod liberi sunt, quod Attenienses sunt, quos regis. Plut.

ergo d. dos primus ... quem sua lingua ... est, iubir honoris appellant. limites Palatii nunquam egreditur, nec in oculos hominum venit, per Palatium vel Debitur seu per cunas, vel a terra sublatus in altissimis sandaliis ambulat, ut nunquam terram attingat, cum in trono sedet, ex una parte pendet pugio seu gladius, ex altera arcus et sagitta. Richterus.

Quidam Senatori Stellam habuit cum sex radiis ejusmodi: primus fuit instar Spicæ cum Inscriptione: utilitate, secundus instar Clavis cum lemmate: æquitate. Tertius instar digiti cum lemmate: actione. Quartus instar capitis coronati cum lemmate: Dignatione. Quintus instar Candelæ accensæ cum lemmate: Pietate. Sextus instar floris pulcherrimi cum lemmate: odore bonæ famæ. Planè Symbolum boni hominis ad magistratum promoti. Epit. Var. hist.

34. Cimbri duplex Elogium dederunt Reginæ Amphiliæ. In moneta

Sculpta ...

Sculpta fuit ab una parte Simphi-
lia cum cithara; lemma: Simbriae
hilaritas: ab altera parte eadem
Simphilia cum lampade ardenti:
lemma: Simbriae serenitas. Innue-
bant exhilarari Regnum amore
Reginae erga suos, & praestantia fa-
miliae illustrari totam regionem.

35. Alexander Severus Impera-
tor eos quibus collaturus erat ma-
gistratum ex albo recensebat, ut si
quis vitia alicui objiceret & proba-
ret, reus magistratu privaretur:
quod si objecta non probasset, accu-
sator rei poenam subibat. Fulgos.

36. Alphonsus Arragoniae Rex
in Palatio hoc Symbolum habuit,
Fuci circa alveare cum lemmate:
malum Regnum, ubi apes laborant,
fuci devorant. Lanor.

37. Carolo magno placebant
illi Principes, qui essent Augusti
imperio, Pericles judicio, Alexandri
bello. Epitom.

38. Idem dicere solebat optimum
illum Principem qui nomen Adamus,
cognomen Abrahamus: id est qui la-
boriosus ut Adam, pius ut Abraham fuit;

39. Similiter Principem suum
vocitant Juraiach, hoc est nudus,
hoc autem inde fuit: habebant Nu-
midae fontem, Joris nomine insi-
gnitum, cui sacrificabant tempore

interregni

